






1837
ARTES
SCIENTIA
VERITAS
LIBRARY OF THE
UNIVERSITY OF MICHIGAN
TUEBOR
CIRCUMSPICE

ANTVERPIA CHRISTO NASCENS ET CRESCENS

SEU

ACTA

Ecclesiam Antverpiensem ejusque Apostolos ac Viros pietate conspicuos concernentia usque ad seculum XVIII.

SECUNDIS CURIS

Collecta & disposita ac in VII. Tomos divisa

A

JOANNE CAROLO DIERCXSENS,


S. T. L. Pastore ad S. Elizabetham ibidem.

TOMUS III.

1461. —— 1522.



ANTVERPIÆ,
Apud *Joannem Henricum van Soest*, in plateâ dictâ de Cammer-straet 1773.



AD LECTOREM.

Tomus hic continet duas posteriores quintas seculi XV. & primam seculi XVI., quo tempore ecclesia Antverpiensis non modicum incrementum cepit : & in primis in monasterium Clarissarum primæ Regulæ introductæ sunt quædam moniales Trevirenses cum tribus fundatricibus, quæ cœnobium construxerant, ibique vixerunt & vivunt hucusque in summa paupertate.


Fratres ac Sorores cellitæ, dicti Alexiani & nigræ Sorores, strictiùs se religioni mancipârunt & cœperunt emittere religionis essentialia vota ; similiter & Beggardi. Alexiani exstruxerunt capellam & obtinuerunt jus sepulturæ ; similiter ex Beggardi. Albæ Sorores & Sorores tertii Ordinis etiam obtinent jus sepulturæ. Lollardi & Sorores ab Ellewoutsdyck extabant hoc tempore, sed quando advenerint latet. Advenerunt etiam hoc tempore FF. Carmelitæ & post diuturnas difficultates admissi sunt perseverantque usque in hodiernum diem prospere. Erectæ sunt duæ splendidæ Confraternitates in ecclesia matrice, venerabilis Sacramenti & beatæ Mariæ, quæ usque in hodiernum diem perseverant inter honestiores cives Capella S. Jacobi erecta est in Parochialem cum omnibus parochialibus juribus. Parochia S. Walburgis obtinuit fontem Baptismalem & jus sepulturæ. Similiter Parochia S. Georgii fontem Baptismalem obtinuit. Cæterùm fundata sunt hoc tempore plura hospitalia seu Gerontocomia pro pauperibus.

Continet etiam tomus hic initium seculi XVI., seculi infelicissimi simul & turbulentissimi, quo Deus ob peccata visitavit Antverpiam in virga ferrea. Tentata fuit peste, fame & bello ; tentata est fides ejus omnis generis hæresibus, quæ violenter & tumultuosè pædicabantur. Mansit tamen fidelis, & toleralis patienter ac superatis omnibus fidelis mansit Regi & Ecclesiæ, ac liberata à malis crevit pietate

pietate. Interim hoc initio fundata sunt multa hospitalia seu Gerontocomia cum capellis pro Senibus infirmis; quæ hodieque prosperè agunt. Insuper admissi sunt & monasterium construxerunt Augustiniani Saxonicæ congregationis, & hoc initium dolorum: secundus enim prior fuerat discipulus Lutheri, cujus errores Antverpiam tulit & omnes religiosos infecit. Hi turbulentè errores istos cœperunt divulgare: unde omnes capti, fugati aut carceri mancipati, ac tandem duo ex illis combusti, & monasterium eorum mandato Imperatoris post octo annos ita destructum fuit, ut nè vestigium superesset. Latiùs hæc patebunt in decursu.




I



ANTVERPIA CHRISTO NASCENS ET CRESCENS

SECUNDIS CURIS

TOMUS III.



Onsuetudo Ecclesiæ Antverpiensis habebat, quod nullius corpus ad sepulturam admitti posset, nisi consanguinei defuncti posuissent cautionem pro juribus Ecclesiæ matricis. Fratres autem Minores (qui jam per tredecim annos Antverpiam incoluerant) conditionem hanc simoniacam reputabant. Unde die 21. augusti anni elapsi ad sepulturam admiserant corpus Domicellæ Agnetis uxoris Joannis Vyts, non obstante quod consanguinei aut hæredes defunctæ non præstitissent cautionem prædictam.

Anno 1460.

Dissentio inter Capitulum & FF. Minores circà sepulturam

Capitulum Antverpiense, quod dictis Fratribus per Litteras suprà relatas ad annum 1448. varia privilegia concesserat, injuriam hanc non

 ferens,

Anno 1460. ferens, litem desuper instituit coram judice apostolico Decano S. Dionisii Leodii. Fratres autem Minores & præcipuè *Fr. Henricus de Trajecto inferiori* Guardianus, per hoc exacerbati, contumelias & injurias in Capitulum proferre cœperunt. Guardianus autem, præcipuè in concione habitâ ad populum 25. ejusdem mensis, non tantùm protulerat injuriosa Capitulo, sed etiam toti Clero cum verbis excitantibus populares ad seditionem contra statum ecclesiasticum. Cum autem hoc indicatum esset Decano S. Dionisii judici in lite pendente, monuit hic desuper Guardianum & inhibuit ei hunc infamem procedendi modum sub certis pœnis; quæ inhibitio ei legitimè intimata fuit.

Guardianus autem hoc non obstante ulteriùs processit, & iterum die dominicâ 2. septembris alteram concionem habuit, quam anteà populo indixerat, in qua non tantùm reiteravit, quæ in priori concione dixerat, sed & pejora prioribus adjecit.

Scandalosa hæc dissentio ferè per annum duravit, & interim novus Guardianus statutus est *Henricus de Arp* Vir scriptis clarus (vide Foppens *Bibl. belg. pag.* 449.) qui animum pacificum habens & recognoscens excessus commissos, voluit Dominis de Capitulo omnimodam satisfactionem fieri: quare cum eisdem cœpit agere de modo & formâ, simul cum *Michaële de Lira* Vicario Provinciali Ordinis.

Convenerunt itaque partes & statuerunt primò: quod pro injuriis illatis Dominis de Capitulo Vicarius, Guardianus & alii duo Fratres Minores convenirent ad locum capitularem in B. Mariæ, & ibidem coram Canonicis & decem testibus ad hoc assumptis sese humiliarent, & flexis genibus legerent formulam ad hoc præscriptam.

Terminatur.

Secun-

Secundò : quod recognoscentes injuriosa, quæ *Henricus de Trajecto* in concionibus dixerat, agerent, ut intrà certum tempus in concione revocaret malè dicta, juxtà formam ipsi præscribendam per Canonicos. Anno 1460.

Tertiò : quod idem frater Henricus loco pœnitentiæ suspensus esset ab omni prædicatione ad novem leucas undequaque ab Antverpia, nec intrà illud spatium moram trahere posset.

Tandem pro ulteriori satisfactione Fratres sponte obtulerunt annuè pro Dominis de Capitulo celebrare solemne anniversarium, ac promiserunt observare sententiam ferendam per Judicem Leodiensem super puncto in quæstione.

Litteræ desuper confectæ sunt 26. augusti anno hujus seculi sexagesimo, illisque appensa sigillà Capituli B. M. & Conventûs FF. Minorum : earùm originales vidi & asservantur inter schedas Capituli. Sigillatis autem his Litteris statim eodem die in pleno Capitulo factæ sunt humiliationes prædictæ & desuper confectus Actus notarialis, quem subjungo ex Copia seu transscripto authentico. Per contractum.

„In NOMINE Domini Amen. Noverint universi & singuli præsentes Litteras ... inspecturi... quod anno ejusdem Domini MCCCCLX... die vicesimâ sextâ augusti... in mei Notarii publici & testium infrascriptorum... præsentiâ personaliter constituti... Domini & magistri *Rynerus de Unica* Præsidens, *Giselbertus* dictus *van de Werve*, *Johannes Braxator* Thesaurarius, *Wilhelmus de Geldorp*, *Arnoldus Rysenalen*, *Petrus Strubaert*, *Jacobus de Unica* Plebanus, *Petrus Tonys*, *Andreas Petri*, *Theobaldus Simonis*, *Arnoldus Lyns*, *Franco Keddekin*, *Nicholaus de Valckenisse* Archidiaconus Antwerpensis in Ecclesia Concordatum inter Capitulum & FF. Minores. *Ex Archivis DD. Pastorum*

Anno 1460. „Cameracensi & *Lambertus de Overdevecht* Canonici præbendati Ecclesiæ B. Mariæ Antwerpiensis Cam. Dioe.... ex unâ, Ac.. *Michaël de Lira* Vicarius Provincialis Ordinis Fratrum de Observantia S. Francisci, *Hennicus de Arp* Guardianus, *Petrus de unica* & *Johannes de Teneramunda* conventuales claustri Fratrum de Observantia ejusdem ordinis siti infra Oppidum Antwerpiense partibus ex alterâ.

„Ad tollendum, sedandum & extirpandum omnes & singulas lites, causas, discordias & controversias pridem inter ipsas partes subortas in causa pendente coram.... Decano Ecclesiæ. S. Dionisii Leodiensi judice apostolico ad hanc causam deputato, super certis attemperamentis, juribus, gravaminibus, præsertim occasione inhumationis corporis quondam Domicellæ Agnetis uxoris Johannis Vyts in dicto claustro Fratrum Minorum factæ, ac ut hujusmodi lis sopiatur & pax reformetur inter partes easdem, concordarunt & unaniminiter convenerunt eædem partes, certis amicabilibus tractatibus præhabitis, in modum & formam subsequentem.

„In primis namque Patres & Fratres, videlicet Vicarius & Guardianus ac alii duo Fratres de Observantia prænominati, inibi supradictis Dominis capitularibus præfatæ Ecclesiæ beatæ Mariæ Antwerpiensis promiserunt, se, nomine & ex parte antedicti Conventûs Fratrum de Observantia in Antwerpia, decenter in præsentia octo aut decem personarum notabilium virorum, per eosdem dominos de Capitulo ad hoc assumendorum, in dicto ipsorum loco capitulari humiliare, prout & sic posteà se flexis genibus humiliaverunt juxtà tenorem & efficaciam cujusdam pacis scedulæ

„super

„ super hoc priùs conceptæ inter partes prædic- Anno
„ tas, & per præfatum Dominum *Michaëlem* 1460.
„ Vicarium de verbo ad verbum prælectæ;
„ cujus cedulæ tenor sequitur & est talis. Formula pacificationis.
„ VENERANDI & PRÆSTANTISSIMI DOMINI,
„ sicut novistis, nuper nondum unius anni
„ spatio transacto, die verò vicesimâ primâ
„ mensis augusti anno quinquagesimo nono
„ proximè præterito, quidam ex Fratribus
„ nostri Ordinis nomine *Henricus de Trajecto*
„ *inferiori*, pro tunc Guardianus Fratrum de
„ Observantia sancti Francisci juxtà oppidum
„ Antwerpiense, aliique Fratres ejusdem Monas-
„ terii assistentes & consentientes, plurimùm
„ vestras offenderunt Dominationes, ex eo quia
„ corpus quondam Domicellæ Agnetis uxoris Jo-
„ hannis Vyts, infrà vestram parochiam dece-
„ dentis, ad ecclesiasticam sepulturam & inhu-
„ mationem in ecclesia dicti monasterii recepe-
„ runt, contraveniendo per hoc concordiæ,
„ priùs per vestras Reverentias & Conventum
„ præfati monasterii initæ, factæ atque sigilla-
„ tæ; contrà laudabilem consuetudinem vestræ
„ Ecclesiæ, absque eo quod amici, hæredes
„ seu executores dictæ domicellæ defunctæ præ-
„ stitissent cautionem consuetam de juribus Ec-
„ clesiæ persolvendis. Quapropter ex ordinatio-
„ ne venerabilium Patrum dicti nostri Ordinis,
„ Nos Fratres *Michaël de Lira* Vicarius Pro-
„ vincialis Ordinis Fratrum de Observantia sanc-
„ ti Francisci; *Henricus Arp* Guardianus,
„ *Petrus de Unica* & *Johannes de Teneramunda* con-
„ ventuales claustri Fratrum de Observantia ejus-
„ dem Ordinis sancti Francisci, siti infrà op-
„ pidum Antwerpiense, nomine & ex parte
„ dicti Conventûs in hoc loco venerabili vestri
„ Capituli cum humilitate comparemus, recognos-
„ centes errores & offensas in & juxtà præmis-

Anno 1460.

„ sa commissas, supplicantes quatenùs supernæ „ charitatis intuitu nobis & dicto Conventui dig- „ nemini hujusmodi errores & offensas benig- „ niùs indulgere.

Recognoscunt Fratres offensas.

„ Quâ siquidem humiliatione, sic ut præ- „ mittitur, factâ, iidem Patres & Fratres de „ Observantia adhuc ibidem præsentes similiter „ inibi palam & publicè confessi fuerunt atque „ recognoverunt, qualiter quidam frater *Hen-* „ *ricus de Trajecto inferiori*, pro tunc Guar- „ dianus præfati conventûs, nedum solùm cir- „ cà præmissa errores, ut præmittitur, com- „ misit ac Dominationes præfatorum Domino- „ rum de Capitulo offendit, verùm etiam ma- „ jores longè injurias, contumelias atque offen- „ sas, præsertim in duobus suis sermonibus „ certis distinctis diebus Dominicis, videlicet „ unâ, quæ fuit vicesimâ quintâ dicti mensis „ augusti & aliâ, secundâ subsequentis mensis „ septembris anno quinquagesimo nono præteritò, „ publicè ad populum factis, temerariâ susten- „ tatione eorundem suorum errorum eisdem „ Dominis de Capitulo inferre non erubuit. „ Nedum solùm in ipsorum Dominorum de „ Capitulo, sed in manifestam offensam Stà- „ tûs universalis Ecclesiæ ac totius Cleri, præ- „ sertim cum verbis excitantibus populares ad „ seditionem contrà dictum Statum ecclesiasti- „ cum, contrà tamen inhibitionem & monitiò- „ nem pœnales per præfatum Dominum Decà- „ num S. Dionisii Judicem apostolicum contrà „ eum emanatas & ritè executas. Quæ quidem „ verba in effectu vel eis similia fuerunt hæc.... Quæ sequuntur prolata in duabus concionibus non expedit hìc referre.

„ Quæ omnia præmissa & plura alia, dum „ & si opus fuerit explicanda, sponte confessi „ fuerunt prædicti Patres & Fratres, sic malè

„ &

„ & perperam fuisse & esse prædicata per præ- Anno
„ fatum fratrem *Henricum.* 1460.

„ Quare tam dicti Ordinis quàm Monasterii „ nominibus prænominati Patres & Fratres, ad- „ huc ibidem præsentes, promiserunt atque „ polliciti fuerunt in tantum laborare & procu- „ rare, quod sæpedictus frater *Henricus de* „ *Trajecto inferiori* in sua propria persona, „ quâdam die dominicâ seu festivâ ex tunc as- „ sumendâ infrà hinc ad instans festum omnium „ Sanctorum proximè futurum, palam & pu- „ blicè coram populo, etiam in præsentiâ præ- „ fatorum Dominorum de Capitulo, juxtà „ formam cujusdam alterius sermonis, sibi ad „ hoc infrà tempus debitum ex parte eorundem „ Dominorum de Capitulo assignandi, revoca- „ bit, seque posteà humiliabit modo prætacto, „ ab eisdem Dominis de Capitulo veniam peti- „ turus.

Revocanda.

„ Ac proinde ipse frater *Henricus de Trajec-* „ *to inferiori* loco pœnitentiæ pro emendatione „ perpetuò erit & remanebit suspensus ab omni „ officio prædicationis, saltem ad nonas leucas „ undequaque ab oppido Antwerpiensi, nec „ infrà idem spatium moram trahere possit & „ debeat. Quem quidem fratrem *Henricum* ipsi „ Patres & Fratres similiter ultrà præmissa pro- „ miserunt taliter aliàs condignè corrigere, adeo „ quod talia & similia aliis suis Fratribus cedant „ ad exemplum.

Pœna injuncta.

„ Ac nihilominùs pro ulteriori emendatione „ ex parte præfati Conventûs, præfatis Domi- „ nis de Capitulo occasione prænarratorum ex- „ cessuum præstandâ, sæpedicti Patres & „ Fratres tam suis, quam aliorum suorum Fra- „ trum dicti claustri licèt absentium nominibus „ sponte obtulerunt atque promiserunt, ac se „ ad hoc efficaciter obligârunt, quod Guardia-

Anniversarium perpetuum.

Anno 1460. „ nus & Fratres præfati Conventûs de Observantiâ in Antwerpiâ perpetuis futûris temporibus singulis annis quâlibet die secundâ mensis septembris, si quæ dies ad hoc conveniens fuerit, alioquin proximâ die convenienti ex tunc sequenti, more ipsorum solemniter & devotè celebrabunt anniversarium cùm vigiliis, commendationibus & Missâ in refrigerium animarum Decanorum, Canonicorum & aliorum Beneficiatorum defunctorum præfatæ Ecclesiæ beatæ Mariæ: proviso quod ipsi Fratres tenebuntur semper die præcedente præfatam diem Anniversarii intimare prælibatis Dominis de Capitulo, an si ipsi domini velint interesse hujusmodi Anniversario.

Ratificatio Concordatorum. „ Demùm verò prænominati Patres & Fratres, etiam nominibus quibus suprà, ratificaverunt, approbârunt & gratificârunt, ac... perpetuis futuris temporibus continuare promiserunt & servare inviolabiliter *omnia & singula Accordata* atque Appunctuamenta, in litteris dictæ Concordiæ, tam præfatorum Dominorum Capituli dictæ Ecclesiæ beatæ Mariæ, quàm Conventûs Claustri Fratrum de Observantia Antwerpiensis prædictorum sigillis roboratis.

Originalis quæstio relinquitur Judici Apostolico. „ Ac expressè consenserunt iidem Patres & Fratres, quod quoad sepeliendum in ecclesia claustri dictorum Fratrum, quantum hoc concernit jus fabricæ matricis dictæ Ecclesiæ, informabitur Dominus Decanus Ecclesiæ sancti Dionisii Leodiensis Judex apostolicus præfatus summariè de consuetudine & introductione dicti juris fabricæ; & illâ informatione factâ, si hujusmodi Consuetudo, ab olim introducta, videatur dicto Judici juri consona aut aliàs rationabiliter confirmandâ, sic quod ex tunc

„ idem

„ idem Dominus Decanus Judex Apostolicus „ de consensu dictarum partium eandem Con„ suetudinem per suam sententiam atque interpo„ sitionem Decreti confirmet & approbet : de „ quâ sententiâ sive decreto sic ferendis ipsi Pa„ tres & Fratres nullatenùs appellabunt seu pro„ vocabunt aut appellare seu provocare po„ terunt quoquo modo per se vel per alium „ seu alios , directè vel indirectè , quovis quæ„ sito ingenio seu colore ; sed illi sententiæ & „ decreto acquiescent , illamque emologabunt & „ ratificabunt realiter & cum effectu , prout & „ acquiescunt & emologant per præsentes......

Anno 1460.

„ Acta fuerunt hæc Antwerpiæ in dicto loco „ capitulari antedictæ Ecclesiæ beatæ Mariæ sub „ anno , die &c. quibus supra ... præsentibus „ viris ... testibus ad præmissa vocatis. Ego „ Nicholaus de le felon ... publicus ... Notarius „ &c."

Decanus S. Dionisii Leodii , cujus judicio in his Litteris se submittunt FF. Minores , re examinatâ sententiam tulit in favorem Capituli Antverpiensis , deciditque omnia Concordata per Fratres esse servanda ; & Consuetudinem , de qua quæstio , esse rationabilem & validam , eamque servandam esse. Litteræ desuper datæ sunt 29. aprilis anno sexagesimo primo , ex quarum originali subjungo sequentia.

Sententia ejus desuper in favorem Capituli.

„ ... NOS per nostram sententiam diffiniti„ vam , quam ferimus in hiis scriptis , hujusmo„ di omnes appunctuationes & Concordias con„ firmamus & corroboramus ; ac eas per & „ inter dictas partes fuisse & esse servandas & „ retinendas , ferimus & perpetuò decernimus „ & declaramus.

Ex Archivis Capituli.

„ Quo verò ad articulum Consuetudinis ser„ vatæ in dicta Ecclesia Antwerpiensi de sol„ vendo fabrice Ecclesie pro quolibet eligente

„ sepul-

Anno 1460. „ sepulturam in Ecclesia Antwerpiensi , seu „ etiam in Ecclesia dicti monasterii , jura in „ articulis dicte partis agentis expressa , pro- „ nuntiamus & declaramus hujusmodi consuetu- „ dinem fore & esse rationabilem & validam , „ illamque observandam esse & observari debe- „ re. Expensas litis presentis hinc inde factas „ ex causâ compensamus. In quorum omnium „ & singulorum fidem ....

„ Lecta , lata & in scriptis promulgata fuit „ prescripta nostra sententia diffinitiva... sub „ anno... millesimo quadringentesimo sexagesi- „ mo primo..... mensis aprilis die penulti- „ mâ.... „.

Restauratio Hospitalis majoris. Hospitale majus, olim dictum B. Mariæ nunc S. Elisabethæ, jam steterat in loco , in quo etiam nunc visitur , per duo secula. Hinc cum ejus ædificia inciperent collabi , necessaria erat restauratio. Circà hæc tempora cœpit construere novum refectorium & dormitorium ac novum Ecclesiæ suæ chorum , quæ completa steterunt hoc anno 1460. Constat hoc ex scedis lo- ci.

1461.

Monasterium Clarissarum extructum. Cum jam ædificia necessaria pro Monasterio S. Claræ completa essent , cœperunt Fundatrices omnia parare ad inchoandam in eo monasticam vitam. Evocârunt è cœnobio Trevirensi, quæ Novitias & moribus & vitâ præirent , & juxta primam S. Claræ Regulam instituerent. Sorores quatuor illuc advenisse indicat Author *Chor. FF. Minorum* apud Sanderum. Sex fuisse refert Wadingus. *Tom. II. Annal. n.* 123. Addit Grammaye eas advenisse anno 1461. & summa civitatis applausu introductas fuisse.

Religiosæ introducuntur & vota emittunt. Cum autem hæ advenissent rogârunt Fundatrices Abbatem S. Michaëlis JOANNEM FIERKENS , ut

ut Pontificium mandatum supra relatum executioni mandaret. Hic itaque authoritate pontificiâ Sorores Trevirenses cum tribus Fundatricibus & forte pluribus aliis introduxit in novum monasterium, eis eâdem authoritate indulgens omnia privilegia, quibus cæteræ ipsius Ordinis personæ & monasteria gaudebant. Earum vota excepit, & electionem primæ Abbatissæ, (quæ fuit ELIZABETH LINDEVELT, ut asserit Wadingus loco supra citato,) confirmavit; ac tandem eas & monasterium ipsum Vicario Provinciali Provinciæ Coloniensis Fratrum Minorum de Observantia subjecit seculi hujus anno sexagesimo primo. Anno 1461. Subjiciuntur Minoritis.

Hoc jam tertium in hac Civitate Monasterium, in quo Religiosæ perpetuam profitentur clausuram; & primum & hactenùs unicum, in quo summam paupertatem, quam usque in hodiernum diem in summo rigore observant. Quandonam autem obtinuerint hæ Religiosæ jus sepulturæ & extremam unctionem hactenùs non inveni.

Jam à quatuordecim annis fundatus erat Prioratus S. Salvatoris, ut supra relatum est. In erectione autem, authoritate Pontificiâ factâ, fixus erat numerus octo Religiosorum & quatuor servitorum; ita ut non liceret ultra dictum numerum quemquam acceptare sub excommunicationis pœnâ, quam incurrerent tam recipientes quam recepti. Fixa etiam erat summa proventuum, ultra quam bona aut reditus acceptare non liceret. Experientia autem docebat numerum hunc Religiosorum insufficientem esse pro debita regulari observantia, & notanter ad decantandas horas canonicas; licèt enim rigorosum claustrum observarent, Prior tamen & Procurator continuò ob negotia exire debebant, Religiosi S. Salvatoris petunt numerum suum augeri.

sicut

Anno 1461. ſicut nunc videmus apud Carthuſianos ; & inter alios aliqui aliquando infirmitatibus detinebantur ; unde reliqui impares erant oneri ferendo. Religioſi itaque propterea recurrunt ad S. Sedem, petentes diſpenſationem in utroque puncto. Pontifex autem his precibus & rationibus motus committit Abbatem S. Michaëlis, ut informatione factâ eis petita concedat, per hanc Bullam, quam ſubjungo ex Copiâ authenticâ Litterarum executorialium.

Pontifex committit Abbatem S. Michaëlis.

Ex Archivis loci.

„ PIUS Epiſcopus ſervus ſervorum Dei dilecto filio Abbati monaſterii ſancti Michaëlis Antverpienſis Cameracenſis dioceſis ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Ad ea, ad quæ cunctarum perſonarum ... libenter intendimus ...

„ Exhibita ſiquidem nobis nuper pro parte „ dilectorum filiorum Prioris & conventûs mo„ naſterii ſancti Salvatoris Antverpienſis ciſter„ cienſis ordinis Cameracenſis dioceſis petitio „ continebat, quod in fundatione ipſius monaſte„ rii, auctoritate apoſtolicâ factâ, inter cæ„ tera cavetur expreſſè, quod numquàm tempo„ re plures quàm octo Religioſi, quorum unus „ Prior vocaretur, ac quatuor miniſtri ſub ex„ communicationis pœnâ, quam tam recipien„ tes quam recepti eo ipſo incurrerent, in „ dicto monaſterio recipient. Quodque inſti„ tuendi inibi conventûs Prior & Religioſi ultrà „ trecentos & quinquaginta tunc eis aſſignatos „ florenos renenſes, uſque ad valorem quin„ quaginta florenorum ſimilium annuatim dum„ taxat alios redditus & proventus pro uſu & „ utilitate ipſius inſtituendi conventûs acquirere, „ recipere & habere deberent ſive Poſſent.

„ Et ſicut eadem petitio ſubjungebat, ſatis „ grave & oneroſum ſit, quod ipſi Religioſi, „ quorum aliquos interdum infirmitatibus detine„ ri, aliquos etiam pro negotiis ipſius mo-

naſterii

„nasterii pertractandis absentari posse, in tam „parvo numero singulas regulares obser- „vantias & maxime horas canonicas conti- „nuent & decantent. Pro parte eorumdem Prio- „ris & conventûs Nobis fuit humiliter suppli- „catum, ut eis super hoc opportunè providere „de benignitate apostolicâ dignaremur. Anno 1461.

„Nos igitur, de præmissis certam notitiam „non habentes, hujusmodi supplicationibus in- „clinati discretioni tuæ per apostolica scripta „mandamus, quatenùs, si est ita, præfatis „Priori & Conventui, ut ultrà dictum nume- „rum octo Religiosorum & quatuor ministro- „rum juxtà temporum qualitatem & faculta- „tes ipsius monasterii, quascumque personas „idoneas, quæ alteri Religioni non sint adstric- „tæ, in Religiosos & ministros ipsius monas- „terii sancti Salvatoris recipere, & quæcum- „que redditus & bona ultrà dictam summam, „si illa aliàs licitè acquirant aut eis detur, re- „cipere ac in suos ac ipsius monasterii usus & „utilitatem convertere liberè & licitè possint, „auctoritate nostrâ concedas; eosque propterea „dictam sententiam minimè incurrisse decernas; „non obstantibus constitutionibns & ordinationi- „bus apostolicis ac fundatione prædictâ, cui aliàs „derogare non intendimus; nec non monaste- „rii sancti Salvatoris & Cisterciensis Ordinis „prædictorum juramento, confirmatione aposto- „licâ vel quâcumque firmitate aliâ roboratis, „cæterisque contrariis quibuscumque.

„Datum Romæ apud sanctum Petrum anno „Incarnationis dominicæ milesimo quadringen- „tesimo sexagesimo primo, tertio Kalendas „may, Pontificatûs nostri anno tertio."

Pontificium hoc mandatum executioni mandavit JOANNES FIERKENS Abbas S. Michaëlis, qui re examinatâ auctoritate apostolicâ con- „cessit

Abbas S. Michaëlis auctoritate Pontificiâ concedit augeri numerum Religiosorum.

Anno 1461. cessit prædictis Religiosis, ut ultrà determinatum numerum plures in Religiosos & ministros licitè acceptare possent, & recipere reditus & bona ultrà determinatam summam. Litteræ desuper confectæ, quarum copiam authenticam vidi; datæ sunt 14. junii 1462., & inscriptæ sunt Episcopo Cameracensi & Capitulo Antverpiensi. Ideo autem illis inscriptæ videntur, quod illi sese opposuissent augmentationi Religiosorum & ursissent excommunicationem desuper latam in erectione Conventûs.

Quæstio inter Gildas & Hospitale.

Hoc tempore horti Sagittariorum trium Gildarum, nimirum junioris & senioris arcûs chalibei & arcûs manualis, sita erant in loco, in quo nunc splendidum ædificium dictum *Tapissiers-pant*. Inter hortos illos & Hospitale erant prata ad Hospitale spectantia, quæ hodie non extant; sed locus retinet nomen *de Gasthuysbemden*. Homines autem illarum Gildarum aliquo forte tempore ex hortis suis transierant per prata ista & deinde per portam Hospitalis ad plateam *de Gast-huys-straet*. Interim Senatus de mandato Principis nuper dejecerat pontem, per quem ibatur ad dicta prata & ad Hospitale. Sagittarii itaque, cum hæc via occlusa esset, recurrunt ad Senatum, contendentes injustè viam hanc sibi ablatam, seque jus habere transeundi per dicta prata & per portam Hospitalis, & possessionem hujus juris se habere ab immemoriali. Hospitale autem contendebat eos jus nullum habere nec habuisse umquam illuc transeundi, & prædicta prata obtenta esse & ad se spectare sine ulla restrictione aut servitute.

Circà transitum per Hospitale & per prata ejusdem.

Mediante itaque Senatu quæstio hæc amicabiliter terminata est inter Hospitale & Sagittarios anno hoc sexagesimo primo: & via alia Sagittariis

tariis assignata est in extremitatibus pratorum illorum, ut patet ex Litteris desuper confectis, quas ex originali subjungo. Anno 1461.

WY BORGEMEESTEREN, Schepenen *ende* Raide *van Antwerpen ende* Katlyne van Lymale *Vrouwe ende Priorinne ende d'andere Susteren des* Gasthuys *ende* Couvents *van sinte Lysbetten-Gasthuyse der selver Stadt by sint Jorys aldaer gestaen, doen conte ende kenlec allen den genen, die desen brief sullen sien oft hooren lesen.* Terminatur per compositionem. *Ex Archivis Hospitalis.*

Alsoo een wylen tyts sekere questien ende geschillen uytstaende hebben geweest tusschen ons Priorinne *ende* Susteren *voors. in den name ons voors. Gasthuyse ter eenre zyde; ende den* Coningen, Hoot-mannen, Dekenen, Geswoornen *ende den gemeynen* Gesellen *van den dryen* Schutteryen *der voors. Stadt, te weten van den* ouden *ende* jongen Voetboge *ende van den* Hantboge *ter andere, oorspronk nemende om eens* voetspaets-weeghs *ofte* deurganckx *wille, die de goede Mannen van de voors. dry Schutteryen seyden . . . te hebben van achter uyt hunne Hoven door ende over den Beemt, die't voors. Gasthuys liggende heeft achter de voors. dry Hoven tot den ouden Spyker toe des voors. Godtshuys over eene brugge, die aldaer te liggen placht, ende alsoo voorts door desselfs Gasthuys-poorte vore ter straeten uyt.*

Daer af wy Priorinne *ende* Susteren *in den name ons voors. Godtshuys de contrarie meynden seggende, dat de goede Mannen van de voors. dry Schutteryen ofte ymant van hun egeen recht oft gesag van eenigen wege ofte doorgank en hadden ofte schuldig en waren te hebben over en door desselfs Godtshuys beemt, erve ofte poorte: maer dat den selven beemt geweest heeft ende is des voors. Godtshuys vrye propere erve ombelast*

van

Anno 1461. *van den wege ende deurgank voorſ. ende van allen andere laſten, ſervituten ende dienſten....*

Ende want na hanteringen... voor ons Borgemeeſteren, Scepenen *ende* Raide... *wy de voorſ. Brugge... mits ſekere bevelen... hebben doen afleggen, des hun de goede Mannen van de voorſ. dry Scutteryen grootelykx beklagende hebben geweeſt....*

Zoo doen wy te wetene, dat wy Burgemeeſteren, Scepenen *ende* Raide *voorſ. in den name van der voorſ. Stadt, ende ten beſorge van de goede Mannen van de voorſ. dry Schutteryen ende andere ingeſetenen der ſelver Stadt ter eenre zyde; ende wy* Priorinne *ende* Suſteren *in den name des voorſ. Godtshuys ter andere, van de voorſ. queſtien ende geſchillen.... zyn met malcanderen vereenigt, geaccordeert ende geſloten van ſekere puinten... als hier na volgt;*

Aſſignatur alia via. *Te weten is, dat men des voorſ. Godtshuys gragten, die achter de voorſ. dry Hoven van de Schutteryen gelegen zyn, vullen ſal ende ſlechten op des voorſ. Godtshuys coſt tot de palen ende Erven toebehoorende de ſelve dry Schutteryen, beginnende van de middel-gragt, die aen d'ooſteynde achter aen den muer ende erven van den jongen Voetboge coomt, ende alſoo voort-ſtrekkende achter de dry Hoven voorſ.*

Ende die Gragten alſoo gevult zynde tot de palen voorſ., ſal men van de ſelve palen tes voorſ. Godtshuys Beemde-waert inne afmeten eenen wegh *breet oft wyt weſende ſeſſe voeten, beginnende aen de middel-gragt voorſ. ende ſtrekkende lanx den muer des Godtshuys van der* Derder Ordenen *tot in den hoek van den Beemde voorſ. tegens den dweerſen muer deſſelfs Godtshuys van den Derden Ordenen, ende van daer*

omkeeren-

omkeerende ten voorf. Gasthuyse-waerts tot eenen Wege ofte Gange, die men aldaer maken sal tussen de Weduwen wylen Willem Ruebbens erve, daer den selven Weg oft Gange sal afgenomen worden, aen d'eene zyde; ende Gheerts Noyens den Lynen-wevers erve aen d'ander zyde, die ter Gasthuys-straten uytkomen sal met eene Deure ofte Poorte; die aldaer ende desgelykx den gank, alsoo verre als't Huys achterwaert staet, breet oft uyt wesen sullen ontrent vyf voete..... behoudelyk emmers dien, dat den gront ende bodem van den selven Wege ende Gange altyt sal blyven toebehoorende den voorf. Godtshuyse van sinte Lysbetten..... Anno 1461.

Ende des t'oerconde... hebben Wy Burgermeesteren... *der voorf. Stadt van Antwerpen Segel ter saken; ende Wy* Priorinne... *den Segel des voorf. Godtshuys aen desen brief doen hangen in't jaer ons Heeren alsmen schreef duysent vier hondert ende een-en-sestig op den vier-en-twintigsten dag der maent van september.*

Anno 1554, cum horti Sagittariorum translati essent ad locum, in quo nunc sunt; & sic via hæc inutilis esset, per Hospitale divendita fuit monasterio Tertii Ordinis pars illius, quæ tangebat muros ejus, ut constat ex Litteris desuper confectis. Quæ deinceps inutilis facta divenditur.

Fratres & Sorores Cellitæ (qui ubicumque fere in Germaniâ, Franciâ & Belgio domos habebant, quique jam ab anno quadragesimo quinto elapsi seculi Antverpiæ fundati erant, Fratres quidem in vico *de Suerstraet*, Sorores autem extrà portam Vaccarum juxtà murum FF. Prædicatorum) profectum pietatis cordi habentes, desiderantesque propterea se strictius Religioni mancipare, recurrunt ad S. Sedem Fratres & Sorores Cellitæ obtinent licentiam emittendi vota.

Anno 1461. supplicantes, quatenùs Pontifex concedere dignaretur licentiam emittendi tria substantialia Religionis vota.

à Pontifice. PIUS. PP. II. his precibus motus petitam licentiam eis concesserat per Bullam datam Romæ 3. Jan. anno 1458. cujus substantiam refert Papebrochius *Annal. MSS.*

Opera Charitatis eorum. Bulla ista inscribitur: „Dilectis Viris & Feminis Cellitis vulgò dictis in Brabantiâ, Allemanniâ, Flandriâ & Diœcesi Tornacensi." Deinde recenset Pontifex eorum pietatis opera: „Vobis, qui non solum ægrotos visitatis, sed ipso etiam opere impensiùs ipsis inservitis atque eos curatis præsertim tempore pestilentiæ, ac mortuorum corpora sepelitis: neque tunc tantùm sed alio quoque tempore, cum fueritis requisiti, æquè pauperibus ac divitibus inter quos commoramini; defunctorum quoque corpora portantes ad ecclesiasticam sepulturam."

Deinde Pontifex petita concedens: „ex vestra parte humiliter rogati.... concedimus vobis de plenitudine potestatis... ut... possitis... quicumque ex vestris voluerint ad honorem Dei nuncupare tria substantialia vota in manibus Superiorum à vobis electorum vel eligendorum ex quocumque approbato ac benè formato Ordine."

Fratres Cellitæ Antverpienses emittunt vota. Tertio post concessum hoc Cellitarum congregationi privilegium anno, id est anno hoc sexagesimo primo, Fratres Cellitæ Antverpienses delegerunt sibi superiorem Priorem FF. B. Mariæ de monte Carmelo Mechliniæ (Religiosi hi hactenùs Antverpiæ non habebant completum monasterium, sed tantùm Refugium dependens à Conventu Mechliniensi) & coram eo professionem fecerunt Fratres duodecim, emittentes tria substantialia Religionis vota. Deinceps

inceps alios & alios sibi delegerunt superiores, nuper habebant Capucinum, hodie Discalceatum, coram quo vota emittunt. Anno 1461.

Verosimile autem omnino est Sorores Cellitas, hodie dictas nigras Sorores (quæ tunc adhuc vulgò dicebantur *Zwesteren*) etiam circà hoc tempus professionem fecisse & quidem coram eodem Priore Carmelitarum: coram eo enim duobus annis serius professionem fecerunt Sorores nigræ Mechlinienses; sic & verosimiliter Antverpienses. Lego enim eas hoc seculo fuisse Ordinis S. Augustini in Litteris anni 1497. *Suster Clara van den Steene Mater des Godtshuys van den Zwesteren der Ordenen van sinte Augustyn by der Predikeren Pant.* Et lego eas aliquando fuisse sub directione Prioris Carmelitarum Mechliniensium, qui in authenticis Litteris, quas vidi, datis anno 1530. se intitulat Commissarium Episc. Cam. & Patrem nigrarum Sororum Antverpiensium. Unde conjicere licet, eas eodem tempore quo Fratres vota emisisse coram eodem Priore.

Item Sorores cellitæ aliàs Nigræ Sorores.

Habitum autem Cellitarum eis per Ordinarios concessum describit idem PIUS PP. II. „Tunicam talarem proximam interiori vesti, unà „cum mantello superiori griseo, ac cappam, „quam cappuceum appellabant, unà cum sca„pulari nigri coloris." Regulam autem eis assignatam fuisse per Ordinarios indicat SIXTUS PP. IV. in Bulla ad eos data anno 1472.

Eorum habitus.

Sicut autem nostri Antverpienses hoc tempore professionem fecerunt, sic & aliæ multæ domus in Belgio, ut indicat idem SIXTUS. Et quidem quantum ad Flandriam refert Sanderus *Lib. III. Fland. illust. de Alexianis Gandensibus* ex Archivis Episcopatûs Tornacensis: „Quod ad annum MCDLXI. Vicarii genera„les Guilielmi Episcopi Tornacensis, V. septem-

Pleríque tam Sorores quam Fratres assumpserunt Regulam S. Aug.

 „bris

Anno 1461. „ bris dant Statuta & Regulam fratribus & so„ roribus de Cella dictis in Villis Gandensi, „ Brugensi & Aldenardensi." Et sicut nostri Regulam S. Augustini sic pleræque domus eamdem assumpserunt, sed non omnes. Aliquæ enim domus tam fratrum quam sororum assumpserunt tertiam S. Francisci Regulam & juxtà eam olim vixisse feruntur fratres Cellitæ Bruxellenses, & Gandenses adhuc hodie: & sic fortè alii alibi.

Hi mutarunt vestes in nigras. Interim & fratres & sorores Cellitæ, qui vivunt juxtà Regulam S. Augustini, habitum Griseum deinceps mutârunt in nigrum. Sorores autem Cellitæ, quæ tertiam S. Francisci Regulam assumpserant, quæque pauciores fuêre, pristinum habitum griseum retinuerunt usque in hodiernum diem, inde dictæ Sorores griseæ *Grauw-susters*, ad distinctionem ab eis, quæ regulam S. Augustini profitentur, quæque communiter Sorores nigræ *Swart-susters* vocantur. Ex utrisque autem, licet sint ejusdem originis & Instituti domus derivantur; Antverpiæ Sorores griseæ sedem demùm fixerunt circà finem seculi XVII. derivatæ ex monasterio, quod erat Leeuwis. Et utræque hodie professionem faciunt coram Episcopo aut ejus Deputato.

Sorores Griseæ sequuntur Regulam S. Francisci.

1462. Abbas S. Michaëlis, qui nuper à Pontifice obtinuerat pro se & successoribus usum Mitræ, aliud hoc tempore à Pontifice privilegium petit, nempe ut sibi liceat Religiosos suos mittere ad quoscumque Episcopos pro recipiendis tam minoribus quam majoribus Ordinibus, idque propter distantiam civitatis Cameracensis, ad quam accedere sumptuosum erat & molestum ac sæpe periculosum propter discrimina viarum. Pontifex precibus ejus & rationibus motus privilegium

Abbas S. Mich. petit ut Religiosi possint ordinari à quocumque Episc.

vilegium hoc ei concessit anno seculi hujus sexagesimo secundo per Bullam, quam hic subjungo. Anno 1462.

„ PIUS Episcopus servus servorum Dei dilectis filiis ABBATI & CONVENTUI Monasterii sancti Michaëlis Antwerpiensis Præmonstratensis Ordinis Cameracensis diocesis salutem & apostolicam benedictionem. Pontifex hoc ei concedit.

„ In Apostolicæ dignitatis specula, licèt immeriti, disponente Domino constituti, sub Religionis disciplinâ piæ studio vitæ vacantibus apostolicæ favoris præsidium libenter impendimus, & ut ipsi à dispendiis & incommoditatibus releventur Nos eis gratiosos & favorabiles exhibemus.

„ Cum itaque, sicut exhibita Nobis nuper pro parte vestrâ petitio continebat, vobis sumptuosum ac personis religiosis vestri monasterii sancti Michaëlis Antwerpiensis Præmonstratensis Ordinis Cameracensis diocesis, in quo Altissimo famulari delegistis, molestum frequenter existat, quod ipsi Religiosi pro suscipiendis Minoribus & Sacris Ordinibus Civitatem Cameracensem & alia loca dictæ diocesis, ubi Ordines præfati pro tempore conferuntur, accedere debeant propter monasterii ejusdem à Civitate & interdum à locis prædictis distantiam, discriminaque viarum.

„ Nos attendentes, quod etiam Religiosis ipsis, nè vagari vel eis extrà dictum monasterium diu moram trahentibus, ab ipsorum salubri proposito detrahi possint, omnis occasio quantociùs summovenda est; vestris in hâc parte supplicationibus inclinati vobis, quod omnes & singuli Religiosi ipsius vestri monasterii præsentes & futuri, quos tu fili Abbas & successores tui pro tempore existen-

Anno 1462. „tes Abbates dicti monasterii, ad id ydoneos „reputaveritis atque duxeritis, dummodo aliud „canonicum non obsistat, à quibuscumque „malueritis catholicis Antistitibus, gratiam & „communionem apostolicæ Sedis habentibus, „omnes prædictos, statutis à jure temporibus, „Ordines recipere; ipsisque Antistitibus, ut „illos eis conferre liberè & licitè possint, auc-„toritate apostolicâ tenore præsentium indulge-„mus: non obstantibus Constitutionibus apos-„tolicis ac monasterii & Ordinis prædictorum, „juramento, confirmatione apostolicâ vel quâ-„vis aliâ firmitate roboratis Statutis & consue-„tudinibus, cæterisque contrariis quibuscum-„que.

„Nulli ergo omnino hominum liceat hanc „paginam nostræ concessionis infringere vel ei „ausu temerario contraire. Si quis autem hoc „attemptare præsumpserit, indignationem om-„nipotentis Dei & beatorum Petri & Pauli „Apostolorum ejus se noverit incursurum.

„Datum Viterbii anno Incarnationis dominicæ „millesimo quadringentesimo sexagesimo secundo „nonas junii, Pontificatûs nostri anno quar-„to."

Abbas post hæc obtinuit potestatem conferendi Tonsuram & Minores Ord.

Ex hac Bulla patet, errasse Auctorem *Chor. Abb. S. Mich.* apud Sanderum, dum cap. IV. refert Abbati S. Michaëlis concessam fuisse anno 1428. potestatem conferendi Tonsuram & Ordines minores. Secutus est eum Papebrochius *Act. SS. Tom. I. Junii pag.* 951. *n.* 77.: vidit tamen ipse errorem, sed putavit erratum esse in nomine Pontificis, cum clarum sit erratum esse in expressione anni: nam Author ibidem refert privilegia Abbatiæ annorum ordine, qui in hoc solùm puncto deficit. Unde verosimiliter loco 1428. legendum est 1488.: eo enim anno sedebat INNOCENTIUS VIII., quem privilegium illud con-cessisse

pessisse asserit. Privilegium autem istud indubiè concessum est propter easdem rationes. Bulla, per quam hoc Abbati conceditur, asservatur in Archivis loci. Anno 1462.

Circà hoc tempus JOANNES POT, verosimiliter filius primogenitus famosi PETRI POT, qui & deinceps Consulatum Civitatis hujus gessit annis sexagesimo quinto & septimo, pietatem patris imitatus intendebat erigere & fundare Ecclesiam Parochialem in Ordam. Ordam vicus erat sub Parochia de Orderen, hodie pro majori parte inundatus. Juxta vicum illum præfatus JOANNES domum habebat sub Parochia de Lillo. Itaque piâ hâc intentione ductus recurrit ad sanctam Sedem, obtinetque inde Bullam à PIO PP. II, per quam ei conceditur licentia construendi prædictam Ecclesiam: sic tamen ut Ecclesiam & Parochum decenter dotet, & quidem salvo jure parochialis Ecclesiæ. Erigitur Parochia in Ordam.

Joannes autem obtentâ hâc Bullâ intentum exequi cœpit & parochialem Ecclesiam ædificavit; sed, cum quantùm ad dotationes in mora esset, eum convenerunt Parochus de Orderen, sub cujus limitibus Ecclesia hæc ædificabatur, & Capitulum Antverpiense, quod erat Patronus loci: & super variis punctis elegerunt partes judices arbitrarios JOANNEM FIERKENS Abbatem S. Michaëlis &c., qui sententiam desuper pronunciârunt anno seculi hujus sexagesimo tertio, quamque hìc ex Copiâ authenticâ subjungo. Difficultates desuper.

1463. Terminatur per sententiam arbitralem.

„ UNIVERSIS præsentes litteras... inspecturis Jo-
„ hannes... Abbas monasterii sancti Michaëlis Ant-
„ werpiensis... & Paulus de Rota J. U. L. Can. &
„ Thesaurarius eccl. Cameracensis Arbitri, à ven. &
„ circumspectis *viris Dnis Capitulo* insignis Eccl. *Ex Archivis Capituli.*

Anno 1463. „ Antwerpiensis dictæ diocesis , *Petro Fa-*
„ *bri* Curato eccl. parochialis de Oerderen...
„ actoribus ex unâ , ac strenuo viro Magistro
„ *Johanne Pot* Armigero fundatore principali
„ novellæ *Ecclesiæ Parochialis de Oerdamme*
„ infrà limites dictæ Ecclesiæ de Orderen novi-
„ ter extructæ reo seu defensore ex aliâ parti-
„ bus : de & super ejusdem novellæ Ecclesiæ
„ erectione , dotatione ac controversiâ hujus-
„ modi occasione inter partes ipsas existente &
„ exortâ , aliisque suis incidentiis , dependen-
„ tiis & connexis per ipsarum partium Litte-
„ ras... concorditer electi & assumpti salu-
„ tem...

„ Notum facimus , quod nos.... onus...
„ suscipientes .... & diligenter mastieatis..., no-
„ bis exhibitis.. , tandem die & horâ & lo-
„ co... assignatis... nostram sententiam arbi-
„ tralem... pronunciamus... dicimus , arbi-
„ tramur & pronuntiamus.

„ Primò quod magister *Johannes Pot* præfa-
„ tus juxtà tenorem Bullæ... tenebitur pro do-
„ tatione novellæ Ecclesiæ emere seu cum effec-
„ tu assignare hæreditarios reditus consistentes in
„ terris , pratis , pascuis aut aliis rebus seu
„ fundis immobilibus , ascendentes liberè , singulis
„ deductis operibus , ad minùs ad verum va-
„ lorem sex Librarum Groff. Brabantiæ.

„ Item ultrà dictas sex libras gr. , quia dic-
„ tus Magr. *Johannes* devotum habet proposi-
„ tum fundandi tres missas in domo sua sub
„ Parochia de Lilloe , contigua dictæ novel-
„ læ Ecclesiæ , constituta , unam die lunæ
„ aliam die mercurii & tertiam die veneris ,
„ illud insequendo propositum tenebitur assignare
„ ad illarum missarum dotem & dotationem
„ redditus ut suprà sufficientes ad verum valo-
„ rem trium librarum gr. , habebitque Curatus
„ dictæ

„ dictæ novellæ ecclesiæ optionem, si illas „ missas deservire & dictas tres liberas gros. sibi „ lucrofacere velit.... Anno 1463.

„ Item tenebitur dictus Magr. *Johannes* de- „ emptione... nos Arbitros præfatos infra men- „ sem julii proximè futurum certificare, nec „ non... Curatum... inhæredare... Item & tenebi- „ tur... infrà medium annum dictum mensem... „ sequentem... redditus & bona... assignatos „ amortizari... procurare suis expensis....

„ Item... declaramus, quod... Capitulum „ & Curatus de Oerderen levabunt & percipient „ decimas omnes... in methis & limitibus tam „ ipsius de Oerderen quàm novellæ Ecclesiarum „ per omnia, sicut ante tempora hujus novel- „ læ erectionis facere consueverunt.

„ Arbitramur insuper, quod, pro recom- „ pensa aliorum jurium Parochialium, dicta „ novella Ecclesia seu Curatus & successores „ ejus pro tempore singulis annis... dictæ Ec- „ clesiæ de Oerderen seu... Curato ad solutio- „ nem novem groff. veterum.

„ Prætereà dicimus... quod Custos... tene- „ bitur se præsentare Dominis de Capitulo... „ adinstar Custodum aliarum Ecclesiarum sui „ Patronatûs.

„ Item dicimus... quod per duos Commissa- „ rios, per nos instituendos, erunt designandi cer- „ ti limites, quibus ipsa novella Ecclesia ab „ aliis Parochiis vicinis... secernatur.

„... Dicimus..., attentâ præmissâ... do- „ tatione ac etiam continentiâ Bullæ Apostoli- „ cæ... obtentæ, ad eundem Magistrum *Jo-* „ *hannem* & suos successores in perpetuum per- „ tinere debere jus præsentandi personam ido- „ neam ad dictam Ecclesiam, quam... facere „ debebit & tenebitur Dominis de Capitu- „ lo....

„ In

Anno 1463. „ In quorum omnium & singulorum fidem ... „ præsentes Litteras ... exinde fieri ... jussi„ mus ... Acta fuerunt hæc in vestibulo dictæ „ Ecclesiæ B. Mariæ Antwerpiensis ... anno Dni „ millesimo quadringentesimo sexagesimo ter„ tio ....".

Dubitatur an unquam fuerit Parochia. - Sic indubiè plures Ecclesiæ Parochiales per particulares erectæ fuerunt & dotatæ. Cæterum an sententia hæc debitum effectum habuerit & dotationes factæ sint, non liquet; Saltem D. Beyerlink suo tempore Decanus Christianitatis in visitatione factâ anno 1620. notat, quod non constet, Ordam unquam fuisse Parochiam.

1465. Moritur & sepelitur in D. Michaëlis ISABELLA BORBONIÆ. Anno hujus seculi sexagesimo quinto 26. septembris moritur Antverpiæ ibidemque sepelitur in S. Michaëlis ISABELLA Borboniæ, quam secundis nuptiis duxerat CAROLUS AUDAX filius unicus Marchionis nostri PHILIPPI BONI Burgundiæ Ducis. Jam ab anno 1463. CAROLUS cum ISABELLA conjuge sedem fixerat Gorcomii in Hollandia. Hic ISABELLA, dum CAROLUS pro patre bellum agit juxtà Parisios contrà Regem Galliæ, in morbum incidit. Convocati autem peritissimi medici suaserunt, ut relictâ Hollandiâ Gandavum veheretur, sperantes fore, ut brevi convalesceret conspectu recreata filiolæ, quæ ibidem educabatur. Ubi verò Antverpiam ventum, mulieri adèò morbus invalescere cœpit, ut in D. Michaëlis Cœnobium deportata paucis post diebus expiraverit. Sepulta est autem ibidem ante Aram maximam.

Ejus pietas. De eâ sic Adrianus Barlandus Cap. CVII. in Carolo audace: „ Fuit hæc Mulier pauperibus „ deditissima. Struunt aliæ magnificas ædes, in „ quibus omni deliciarum genere fruantur. ISA„ BELLA pauperibus impendit omnia. Legitur

„ sæpiùs

„ sæpiùs paucis comitibus inopum circuisse „ tuguria , quibus illorum sublevandæ egestati „ occultè pecuniam intulerit , eximio prorsùs „ atque omni ævo memorabili exemplo." Anno 1465.

Filia hujùs Principissæ MARIA juncta MAXIMILIANO dein Imperatori , hæres CAROLI AUDACIS , ei erexit deinceps Monumentum elevatum in Choro prædictæ Ecclesiæ ex nigro marmore , super quo hodieque visitur ejus simulacrum ex ære flavo , & ex quo multa artificiosissima ornamenta , ex ære quoque flavo , cum epitaphio detracta sunt anno 1566. per Iconoclastas. Tumba & epitaphium.

Epitaphium autem hoc conservavit Franc. Swertius.

Hic jacet nobilissima ISABELLA , *ut subscripta utriusque parentis demonstrat progressio , Karoselii Comitissa ,* Karoli *Ducis Borbonii filia devotissima , Domini* Karoli , *illustrissimi principis* Philippi *Dei gratiâ Burg. , Lotharingiæ . Brabantiæ , Limburgi Ducis , Fland. Arthesiæ Burg. Palatini , Hann. Holl. Zeland. Namurci Comitis . S. Imperii Marchionis , salinarum , Mechliniæ Domini , unici filii conjux charissima , quæ* Mariam *unicam ex illustrissimo marito relinquens filiam in florida ætate decessit anno Dominicæ incarnationis MCCCCLXV. die XIII. septembris. In Christi pace requiescat.*

MARIA autem non tantùm Matri suæ erexit hoc monumentum , sed & in prædictâ Abbatiâ in refrigerium animæ ejus fundavit Sacrum quotidianum & Anniversarium solemne. Litteras desuper confectas refert le Roy pag. 36. Datæ autem sunt 8. febr. anno 1478. & in illis refertur dies obitus *Isabellæ* 26. septembris. Anniversarium.

Grammaye *Antv. Lib. II. Cap.* 4. ex Codice Hemsiano refert hoc anno sexagesimo quinto in In Eccl. B.M. erigitur fons Baptismalis æneus.

Anno 1465. in Ecclesia B. M. dedicatum fuisse fontem Baptismalem æneum. Notandum, quod, dum duæ Turres ejusdem Ecclesiæ (cœptæ ædificari circà annum hujus seculi vigesimum secundum) ad aliqualem altitudinem elevatæ erant, ipsa Ecclesia cœperit reædificari, exaltari & dilatari cum proportione ad magnificentiam Turrium. Reædificatio hæc cœpta est ab anteriori parte progrediendo ad Chorum. Dum autem aliqualis pars confecta erat, in eâ Baptisterio locus assignatus fuit in latere Turris septentrionalis, in quo fons æneus erectus fuit & dedicatus. Dum autem anno 1639. Parochia Ecclesiæ hujus divisa fuit inter duos Plebanos, locus hic divisus fuit per parietem, in quo infixus est fons lapideus, serviens usque in hodiernum diem utrique Parochiæ. A paucis autem annis positus est fons marmoreus, uterque locus marmore stratus & aliàs mirè exornatus.

1467. PHILIPPUS BONUS Marchio moritur. Marchio noster PHILIPPUS BONUS Burgundiæ Dux obiit Brugis anno seculi hujus sexagesimo septimo 16. julii ætatis anno 72. postquam à morte patris 48. annos ditiones hæreditarias rexisset: Brabantiam vero & Marchionatum per annos 37. Conditus est Brugis apud D. Donatianum, primæque hìc ei exæquiæ factæ, donec mortuâ anno 1473. uxore Isabellâ Lusitanâ, refossum cadaver simul Diogeni apud prædecessores penès Carthusianos conderetur, (ut jusserat per pium suum testamentum, quod refertur. *Dipl. Belg. Tom. II. P. III. Cap. 152.*) ubi in hodiernam diem ejus sepulchrale simulacrum ex puro candidoque lapide alabastrite ad vivum artificiosissimè excisum super erectum monumentum jacère conspicitur.

Ejus pia opera. Princeps hìc anno 1430. instituit Ordinem AUREI VELLERIS, ut patet ex Litteris desuper

super confectis, quas refert Miræus *Dipl. Belg. Lib. I. Cap.* 110. Anno 1427.

Egit etiam pro erectione novorum Episcopatuum in Belgio; sed morte præventus rem ad finem non perduxit. *Dipl. Belg. Tom. III. P. III. Cap.* 1.

Anno 1433. *Eugenius PP. IV.* Principi huic transmittit Hostiam Miraculosam, quam is venerandam reposuit Divione in Burgundia. *Dipl. Belg. Tom. II. P. I. Cap.* 116.

Eodem anno in concilio Basileensi decernitur, Oratoribus ejus competere præsidentiam ante legatos quorumcumque Electorum S. R. J. *Dipl. Belg. Tom. IV. P. III. Cap.* 87.

Anno 1439. concedit Sacellum B. Mariæ de Nizella in Gallo-Brabantia cum 16. terræ bonariis ad erectionem novi monasterii Cisterciensium. *Dipl. Belg. Tom. III. P. IV. Cap.* 139.

Anno 1441. placito suo munit incorporationem Parochiarum de Dynther & Heeze in favorem Capituli S. Joannis Sylvæducensis. *Dipl. Belg. Tom. III. P. I. cap.* 263.

Anno 1443. Eugenius PP. IV. ad instantiam hujus Principis erigit Lovanii in S. Petri Capitulum secundæ fundationis X. Canonicorum pro totidem Professoribus, duobus è singulâ Facultate. *Dipl. Belg. Tom. II. P. I. cap.* 118. **Erigitur Capitulum X Canonicorum Lovanii.**

Eodem anno Princeps hic in specialem protectionem suscipit Prioratum Wavriensem & Fraxinensem ab Abbatia Affligemiensi dependentes *Dipl. Belg. Tom. IV. P. II. cap.* 130.

Anno 1454. procurat erectionem Carthusiæ juxtà Bruxellas. *Miræi Dipl. Belg. Lib. I. cap.* 111. **Carthusia Bruxellensis.**

Anno 1458. confirmat privilegia Capituli Canonicarum S. Waldetrudis Montibus Hannoniæ. *Dipl. Belg. Tom. III. P. I. cap.* 211.

Anno

Anno 1467. Anno 1460. cedit Præposito Frigidimontis jus patronatûs quarumdam Ecclesiarum. *Dipl. Belg. Tom. II. P. II. cap.* 140.

Prædicatores Bruxellenses. Anno autem 1459. conjux ejus ISABELLA petit & impetrat à CALISTO PP. III. facultatem construendi monasterium FF. Prædicatorum in urbe Bruxellensi. Miræi *Don. Belg. Lib. I. cap.* 148.

CAROLUS AUDAX Marchio. Patri in Marchionatu successit filius unicus CAROLUS AUDAX Burgundiæ Dux, rexitque annis decem.

Beggardi profitentur Religionis vota. Quantùm ad Beggardos nostros varii varia scribunt. Le Roy ex Scribanio refert eos in communi vivere cœpisse anno 1455. & monasticam professos vitam anno 1467. Grammaye autem dicit eos anno 1460. statuta quædam vitæ communis & tandem anno 1468. tertiam divi Francisci Regulam cum veste monachali recepisse NICOLAO V. pontifice jubente. Et in primis NICOLAUS V. jam inde obierat anno 1455, & Bulla ejus circà Fratres tertii Ordinis, quam refert Moens *priv. III. Ord. S. Franc. pag.* 53., non nostros concernit Beggardos, sed eos solùm, qui erant sub Diœcesi Leodiensi, ad quos nondum spectabant nostri. Deinde suprà vidimus ad annum 1296., quod Beggardi nostri ex tunc Conventum haberent & consequenter in communi viverent, ac monachalem habitum gestarent.

Quid autem intelligant per professionem monasticam non video. Si velint eos hoc anno cœpisse profiteri tria substantialia religionis vota, hoc omnino credibile est, cum omnia ferè monasteria hoc seculo strictiorem modum vivendi assumpserint. Interim certum est, quod hæc vota emiserint anno 1472. dum, ut infrà dicetur, se subjecerunt Generali & Capitulo

tulo Diœcesis Leodiensis, in quo jam ab annis vota hæc soliti erant emitti. Anno 1468.

Anno sexagesimo octavo fundatum est Gerontocomium pro septem mulieribus sub titulo *septem profusionum sanguinis.* Lego in *Cron. MS.* illud fundatum fuisse prope Minoritas: hodie autem exstat viâ *de Roy-straet* è regione Begginagii, ubi adhuc hodie legitur hæc inscripsio sub insignibus Fundatorum Martini van Hove & Joannis van der Heyden. Fundatur Hospitale 7. profus. sanguinis.

Ter eeren seven Bloetstortingen *reene*;
Dusent vier hondert LXVII. bequaem
Fondeerde voor VII. Vroukens alleene
Dit Godtshuys Marten van Hoven *ghemeene*
Met Jan van der Heyden *eersaem*
In Februario vier, tot haerder Zielen vraem.

Stylo Cameracensi adeoque 1468.

De translatione autem hujus Gerontocomii verosimiliter agit Scribanius dum *Orig. Antv. cap.* 13. *dicit*: „Septem mulieribus *Michaël* „*van der Heyden*, anno MDLXII. domum „coëmit, dedit, dotavit, nomen inscripsit „SEPTEM PROFUSIONUM SANGUINIS." Michaël van der Heyden indubiè erat de familiâ Joannis van der Heyden unius è primitivis fundatoribus.

Eodem hoc anno Begginæ nostræ, quæ hactenùs in Suburbio erant, novum templum construere cœperunt, splendidius certè, quam hactenùs habuerant. Hujus ædificii primum lapidem solemniter panxit 7. martii *Willelmus de Jagere* vir Consularis, ut refert Grammaye *Antv. Lib. II. cap.* 8. Diu autem templum hoc incolume non stetit: nam paucis post annis incendio deformatum fuit hoc Begginagium, ut idem *ibidem.* Begginæ ædificant novum templum.

Papebro-

Anno 1469. Papebrochius *Annal. MSS.* ad annum 1469. hæc refert. Hoc anno JOANNES DE BURGUNDIA, filius naturalis quondam Ducis JOANNIS, Episcopus Cameracensis mense februario primam Missam cecinit in novo Sacello S. Præputii. Sacellum hoc postea Ludimagistris cessit, quando eodem in latere majoris Ecclesiæ structum fuit aliud, quod ab Equitibus Hierosolimitanis, ejus forsitan conditoribus, Equitum nomen accepit. Mense autem Mayo positus est primus lapis in fundamentum summi Altaris teste secretario Valkenisse. Ita Papebrochius. Hoc Altare dedicatum fuisse anno 1482. refertur apud Sanderum *Tom. II. pag.* 266.

Nova Capella S. Præputii in B. M.

Renovatur summum Altare.

Petrus Wellens, S. T. D.

PETRUS WELLENS Ord. FF. Præd. Conventûs Antverpiensis professus. Dein primus Ordinis sui Lauream doctoralem S. T. obtinuit in Universitate Lovaniensi. P. *de Jonge* refert *P. wellens* primum fuisse Dominicanum, qui docuit publicè Theologiam in universitate Lovaniensi, cum P. *Joanne Wyningen.* De eo dubitat D. Paquot; & dicit constare, eum illic fuisse Regentem studii in ordine suo & dein fuisse Priorem Conventûs sui Antverpiæ. Fuit Provincialis per annos viginti, & senio confectus obiit in *Anderghem* prope Bruxellas 15. junii hoc anno 1469., cum sequenti anno *Anthonius Wellens* itidem Antverpiensis & ejusdem Ordinis ac conventûs, & fortè nepos illius, Laureâ doctorali lovanii insignitus est. Multa scripta reliquit, quæ vide apud D. Paquot *Mem. lit. XV.* p. 218.

1471. Anno septuagesimo primo testamentum condidit GERARDUS BAERTS, qui Capellaniam fundavit ad Altare S. Georgii in B. Mariæ, & Gerontocomium pro septem decrepitis, quorum

Gerardus Baerts fundat Capellaniam & Gerontocomium.

rum unus foret sacerdos secularis. Patet ex subjunctis, quæ refero ex authentica translatione ex latino. Anno 1471.

... *In den Jaere ons Heeren duyzent vier hondert seventigh naer de maniere ende styl ... van Cameryck .. op ten seventhiensten dagh van januario in presentie van my .. Notaris ... is personelyk geeonstitueert de eersame en voorsienige Man* Geeraert, *die men heet* Baerts, *ingesetene ende inwoonder van Antwerpen ... heeft ... gemaekt ... zyn Testament ... in der manieren ... navolgende ...* *Ex Archivis Eleemosynariorum.*

Welke geheele somme ... heeft hy insgelycks gelaten, om bekeert te wordene tot zaligheyt van zynder zielen, ter eeren Godts: ende zal de zelve somme ontfangen ende gedistribueert worden by handen van zyne voors. Executeuren, sunderlingen om die t'appliceren eensdeels tot verbeteringen van eene Erfcapelrie by den voors. Testateur van nieuws gefundeert voor den Autaer van sint Joris, gestaen in den Omgank der voors. Kerken van onser liever Vrouwen t'Antwerpen: ende eensdeels totter Fundacien, oprechtingen ende dotatien van den nieuwen Huyse, d'welck gefundeert ende gemaekt sal worden in de Stadt van Antwerpen. Welck nieuw Huys de voors. Geeraert Baerts *Testateur (begeerende met grooter affectie hier op eertryck te sayene, dat hy in Hemelryck mochte maeyen) heeft geordineert by desen zynen Testamente, tot laefenisse van zynder zielen, gemaekt te wordene in eenige bequaeme plaetse, die sijne voors. Executeurs daer toe vercrigen selen; om aldaer seven oude arme Mannen, den selven Testateur van maesscappen bestaende, by indien eenighe sijn, oft andere gesustenteert ende onderhouden te wordene: behoudelyck dat de sevenste van hun sal wesen een weerlyck Priester. Welcke seven Mannen*

Anno 1471. *selen in dat Huys in hunne gebeden Godt dienen ende bidden ten eeuwighen daghen voor de zielen desselfs* Gheeraerts *Testateur ende den anderen Fundateuren. Ende soo lange sy eerlyk ende devotelyk leven sullen, selen sy aldaer resideren.*

Ende by alsoo, dat jemant van hen geraeckte te stervene ofte wech te gane, salmen eenen anderen van gelycker conditien in sijn plaetse aennemen. Welken seven Mannen heeft den voors. Geeraert *gemaekt ende gegeven in t'selven Huys elcken een Bedde met sijnen toebehoorten ende een pont gr. vleems voor sijnen cost ende behoeffelyckheden.*

Omme welke Fundatie, Dotatie ende andere oncosten van desen voors. Huyse te doene, heeft de voors. Gheeraert *Testateur gegeven, achtergelaten ende gemaect de somme van twee hondert ponden groten vleems eens in gereeden gelde, d'welck de voors. sijne Executeuren daer toe opbeuren ende ontfangen selen uyt allen sijnen goeden, hoedanich die wesen mogen, die hy achterlaten sal, om die daer toe te bekeeren oft aen te leggen sonder contradictie van jemande.*

Van welken nieuwen Huyse (alsoo te makene) ende van den Persoone daer inne woonende het bewint ofte administratie *selen hebben ende behouden de voors. sijne twee Executeurs, alsoo lange als sy leven sullen, ende na heurder byder doot, in de plaetse van hun selen aennemen* d'administratie *van dien* de Regeerders *ende* Proviseuren *soo wel van de* fabriken *als van den* Tafelen des heylich Geests van der Borchkerken *van Antwerpen by tyden wesende.*

Welke Executeuren ofte toesienders selen hebben alle jaeren uuyt den goeden, diemen metten voors. gelde vercrygen sal, voor hunnen arbyt

ende

ende moeyte, die sy hierom doen sullen, twee gouden Croonen elcx jaers t'eeuwigen dagen... Anno 1471.

Quandonam autem obierit Gerardus Baerts fundator nescitur; consequenter nec quo anno domus hæc institui cœperit. Cum autem per fundatorem locus pro hac domo designatus non esset; Executores testamenti ejus eam excitarunt propè *Calk-brugge* in platea dicta *Vingerlink-straet*, hodie communiùs à decrepitis hujus Gerontocomii *Ouw-mannekens-straet*, ubi adhuc hodiè perseverat sub nomine *Grauw-en-blauw*. Prope *Calck-brug.*

Assignat fundator septem illis decrepitis singulis annuè unam Libram Flandricam pro sustentatione. Certè summa hæc eo tempore sufficiens erat pro honesta & commoda talium sustentatione. Quantùm ad Sacerdotem secularem, qui debebat esse inter illos septem; nulla ei datur directio; sed in omnibus erat sicut reliqui. Sustentatio.

Directores Domûs hujus nominat Fundator tam directores Fabricæ quàm Mensæ spiritûs sancti in Ecclesia Burgi *Borgt-kerk*, quibus vel ideo annua retributio assignatur. Directores.

Hinc patet Mensas S. Spiritûs subalternarum Ecclesiarum necdum translatas fuisse ad Ecclesiam matricem, & directionem earum hactenùs datam non fuisse Eleëmosynariis jam à tredecim annis institutis. Quo autem anno unitæ sint & datæ eorum curæ; hactenùs latet. Mensæ S. Spiritûs hactenus in Eccles. subalternis.

Gerardus Baerts in prædicto testamento inter alia pia legata legat Libram unam singulis quatuor mendicantium Ordinibus. Constat interim hoc tempore in hac Civitate non fuisse quatuor mendicantium Ordines: imo ut infrà dicetur; anno 1493. tantùm duo ex illis habebant conventum, nempè Prædicatores & Minoritæ. Carmelitæ quidem habebant domum pro Ter- Quinam hic mendicantium Ordines.

 minariis;

Anno 1471. minariis ; & sic fortè Augustiniani habebant hìc , qui eleëmosynas & pia legata reciperent.

Gerontocomium Hermanni van den Hoeke.

Cæterùm in fundo hujus Gerontocomii seculo subsequente de consensu Senatûs & Eleëmosynariorum sex domonculas ædificavit *Hermannus van den Hoeke* mercator , novumque in illis fundavit Gerontocomium distinctum à priori pro sex viris senio & viribus fractis , ut infrà latiùs dicetur.

1472.

Beggardi se subjiciunt Capitulo Leodiensium.

Sicut nuper Fratres Cellitæ , sic & Beggardi Conventûs Antverpiensis quærentes profectum in pietate , & strictiùs Religioni se mancipare volentes , ultrò sese subjecerunt Ministro generali & Capitulo diœcesis Leodiensis , promittentes statuta ejusdem facta & facienda perpetuò observare : quo super *Daniel Beverinck* Minister & Fratres Conventûs hujus instrumentum publicum confecerunt illudque tradiderunt supradicto generali Ministro; Leodienses autem & Antverpienses deinceps recurrunt simul ad Pontificem pro habenda confirmatione hujus subjectionis , obtinueruntque illam à SIXTO PP. IV. per Bullam datam Romæ prid. Non. octobris anno 1472. , quam refert Moens *Priv. III. Ord. S. Franc. Pag.* 59. , & in ea Pontifex Antverpiensibus omnia privilegia concedit , quibus gaudebant Leodienses.

Hoc itaque tempore Beggardi nostri , si anteà non fecerint , certè tria essentialia Religionis vota emiserunt ; cum Leodienses ante plures annos hoc fecissent.

Henricus de Zoemeren Decanus moritur.

Eodem seculi hujus anno septuagesimo secundo obiit HENRICUS DE ZOEMEREN Brabantus è vico cognomine , Decanus Capituli Antverpiensis. Erat S. T. Doctor in Academia Parisiensi , dein

dein Lovaniensi incorporatus ibidem Theologiam docuit. Scripsit *Epitomen Dialogi Guiliel. Ockami de Hæreticis* Lovan. 1481. fol. *Epistolarum volumen* Ibid. & *Epistolam de captâ Constantinopoli.* Erat etiam Canonicus ad S. Joannem sylvæ-ducis. Obiit autem 14. augusti. Foppens *Bibliot. Belg. pag.* 467.

Anno 1472.

Huic in Decanatu Capituli Antverpiensis successit JOANNES DE MONTE-MIRABILI Calvomontanus è Diœcesi Lingonensi, Sixti IV. Pont. familiaris ac Referendarius, de hoc Decanatu à Pontifice provisus & insuper Episcopus Vasionensis & Canonicus Cameracensis. Post tres autem annos Decanatum dimisit eique successit PETRUS DE MAJO. Obiit verò anno 1479. *Hist. Ep. Antv. pag.* 105.

1475. Joannes de Monte-mirabili Decanus.

CAROLUS AUDAX Dux Burg. & Brabantiæ, Marchio, noster diris bellis implicitus, ad comparandas necessarias impensas, contributionem exegit à Clero : sic tamen, ut mediante certâ pecuniarum summâ amortizaret omnia eorum bona acquisita tempore sexaginta annorum immediatè elapsorum, quod & fecit datis desuper Litteris 8. julii 1475. Summa autem quam exigebat Princeps à Clero brabantino, erat 8900. librarum flandricarum. Summam hanc Ecclesiastici Brabantini inter se partiti sunt. Portio Districtûs Antverpiensis erat 2750. Libr. flan., quam Capitulum Antverpiense pro universo illius districtûs Clero persolvit, deputans pro ista summa persolvenda Mechliniam ad Receptorem ad hoc deputatum *Joannem Boids* & *Ambrosium de Dinter* Canonicos. Patent hæc ex Litteris desuper confectis 8. februarii 1476., quas refert Anselmo *Edict. Brab. Tom. I. pag.* 77. ex quibus hic subjungo, quæ Antverpiam concernunt.

Clerus contribuit Principi.

Hinc obtinet amortizationem bonorum.

Anno 1476.

Chirographum solutionis pro Clero Antverpiensi.

JE LOYS GUARRE commis de par Monsieur le Duc de Bourgoingne à la recepte des deniers vennès des nouveaux acquets faicts par les Prelats & gens d'Eglise *en* Brabant, *depuis soicent ans derniers passez en ça, non amortys, confesse avoir reçeu des Maitre* Jehan Boids & Ambroise de Dinter *Chanoines de l'Eglise Collegiale de notre Dame d'Anvers, commis pour le dit Chapitre & pour le Clergè du quartier du dit Anvers, la somme de deux mil septcent cinquante livres trois solz six deniers, du prix de quarante gros monnoye de Flandre la livre, qu'ils mont delivrè comtant, pour leur portion de la somme de huict mil neuf cent livres dite monnoye, que ceux des* Chapitres *des dites Eglises Collegiales*, Chanoines, Chanoinesses, & *autres leurs* habituez & suppostes, Curez *des Eglises parochiales*, Chapellains, *autres* beneficier, officians & personnes *Ecclesiastiques seculiers, ensamble des Eglises Conventuelles* Chanoines, Chanoinesses & personnes *seculieres du dit païs de Brabant ont octroyè à mon dit* Seigneur, *pour une fois, pour la demande, que celui* Seigneur, *leur faisoit faire à cause de son droit de leurs nouveaux acquetes, faitz depuis les dicts soicente ans ança sans octroy ou admortissement de lui ou de ses Predecesseurs, à l'asseoir & prendre sur tous leurs biens ecclesiastiques viels & nouveaux.*

Moyenant laquelle somme mon dit Seigneur *les doit tenir & laisser paisibles en leur biens de leur dit nouveaux acquets, faites depuis le dit terme de soicentes ans ençà, comme appert plus à plain par Lettres patentes d'icelui* Seigneur *donnèes en la ville de Malines le VIII. jour de juillet derniermant passè, de tout ce faisant mention : à la Copie des quelles cette ma quittance est attachè.*

Da

De la quelle somme de deux mille sept cent cinquante livres trois souls six deniers du dit prix je suis content, temoin mon Seing manuel cy mis le VIII. jour de fevrier l'an MCCCC. soicente & quinze. Stylo Cameracensi, adeoque stylo hodierno anno 1476. Anno 1476.

Beggardi nostri hactenus nec jus sepulturæ nec extremam unctionem habebant, sed ea ipsis ministrabat Plebanus, sub cujus Parochia degebant. Beggardi petunt cemeterium & extremam unctionem,

Hoc autem tempore, cum jam juxtà rigorem Religionis viverent, desiderabant hæc privilegia. Recurrunt itaque hunc in finem ad Episcopum Sibinicensem Nuntium apostolicum apud Ducem Brabantiæ, tunc Antverpiæ existentem, obtinentque ab eo Litteras datas Kal. decembris anno 1476., quas refert Moens *Priv. III. Ord. S. Franc. Pag.* 44., in quibus dictus Nuntius auctoritate Legationis suæ Superioribus concedit, ut possint familiaribus & domesticis ministrare Sacramenta Confessionis, Eucharistiæ & extremæ unctionis, eorumque corpora tradere ecclesiasticæ sepulturæ in cemiterio Conventûs.

Sed cum in illis Litteris addita esset clausula: *loci Ordinarii, Parochialis Ecclesiæ & cujuscumque alterius juribus semper salvis*; recurrere hunc in finem cœperunt ad Capitulum B. M. tamquam pastorem loci, à quo non nisi anno sequenti prædicta privilegia obtinuerunt, limitata tamen, ut infrà dicetur.

Jam à sedecim annis, ut suprà visum est, Abbatia S. Michaëlis obtinuerat à Pontifice usum Mithræ & annuli, sed post breve gaudium luctus. *Joannes Fierkens*, qui prærogativam hanc sibi & successoribus suis obtinuerat, obierat 19. januarii anni septuagesimi sexti. Religiosi Abbatia S. Michaëlis in Commendam datur

Anno 1476. autem more consueto successorem elegerant *Andream Aechtenryt* Hoogstratanum, qui & confirmationem obtinuerat. Sed interim Lucas de Tollentis Episcopus Sibinicensis & Nuntius Apostolicus apud Ducem Brabantiæ obtinuerat à Pontifice Abbatiam prædictam in Commendam. Hinc nihil non moliri debuêre Religiosi ad avertendam hanc tempestatem, & manutenenda privilegia Ordinis etiam nuperrimè à Pontifice obtenta.

Abbatia sese opponit.

1477. Contendebant Religiosi Commendam sub & obreptitiè esse obtentam, & eam contrariam esse privilegiis suis. Res Romæ agitata fuit: sed cum nihil proficerent Religiosi, anno sequenti protectionem quærunt Ducissæ, Statuum Brabantiæ, & senatûs Antverpiensis. Itaque Litteras ad Pontificem desuper misit Ducissa (Patre jam mortuo) similiter & Status Brabantiæ. Tandem Senatus Antverpensis, reputans suâ arctiùs interesse, etiam misit Litteras ad pontificem 4. may, rationes particulares, se & Civitatem concernentes, allegans ad avertendam hanc commendam. Litteræ illæ referuntur apud Sanderum *Chor. S. Abb. S. Mich. Cap. IV. pag.* 113. unde eas subjungo.

In favorem ipsorum scribunt Ducissa & Ordines Brab.

„POST devotissima beatissimorum pedum „oscula, satis nunc fortasse fuerit, BEATISSIME PATER Pontifex maxime, Illustrissimam Domicellam DUCISSAM Burgundiæ, „Brabantiæ, &c. Principem nostram, hujus „Ducatûs Brabantiæ tripartiti Statûs Collegium, „cujus nos etiam aliqua sumus portio, vestræ „Sanctitati sacroque venerabilium Cardinalium „cœtui, communi desiderio scripsisse pro „S. Michaëlis in hoc nostro Oppido, Tongerloënsi Ordinis Præmonstratensis monasteriis, „quæ novissimis diebus, si vera sunt, quæ „dicuntur, viris exteris, qui requisitæ Reli-

Item Senatus Antverpiensis

„ gionis linquæque nationis penitùs expertes „ sunt, præterîtis sanctis & viâ sancti spiritûs „ factis electionibus, commendatæ produntur, „ novo quidem istic & nobis totique populo „ nostro gravi, molesto, insolito & inviso „ providendi modo, & contrà jura omnia, „ & veluti didicimus privilegia & indulta dicto „ Ordini, etiam per ipsämmet vestram sancti- „ tatem concessa; quemadmodum volunt latiùs „ hæ, quæ per dictum trium Statuum Col- „ legium ad vestram Sanctitatem scriptæ sunt „ litteræ.

Anno 1477.

Rationes.

1. Est novitas

2. Contrà privilegia.

„ Verumtamen, quia quantum est de ipso „ sancti Michaëlis monasterio, quod Sibinicen- „ si Episcopo Dalmatæ insulari vestræ Sanctita- „ tis Nuntio & Oratori, apud quem deme- „ ruisse non putamus aliquid ejusmodi, com- „ mendatum proditur, paulo arctiùs nostrâ in- „ tersit, arctiùs convenit de illo nos esse solli- „ citos.

Rationes concernentes Abbat. S. Mich.

„ Est namque hoc imprimis in Ordine præ- „ monstratensi per universum fere orbem celebre „ admodum & famosum, & in una tota Cir- „ caria primum, ex quo etiam præter sui Or- „ dinis plerasque notabiles tam virorum quàm „ mulierum domos & Ecclesias illa nostra non „ contemenda beatæ Virginis collecta derivavit „ Ecclesia."

1. Splendor Abbatiæ.

Quid Senatus per hunc periodum voluerit indicare Pontifici, non video: indubiè vitiosè hoc exscriptum est, sicut & plura alia.

„ Sed & ab olim sic in spiritualibus & tem- „ poralibus gubernatum, pulchrisque ædificio- „ rum structuris & ecclesiasticis ornamentis ex- „ cultum constat, ut omnium fere orbis natio- „ num, quæ illic crebro confluunt, testimonio „ locus noster exinde plurimum venustetur & „ muniatur: ita ut quoniam mœnium in par-

In spiritualibus & temporalibus.

2. Abbati incumbit cura mœnium.

te

Anno 1477. „te Abbati pro tempore cura incumbit & re„fectio, non satis tutum arbitremur Extero „nos esse commissos."

Mœnia retrò Abbatiam ad Schaldim monasterii pars erant usque ad annum 1610., quo primùm Abbatia ab illis separata fuit. Ita Papebrochius. *Act. SS. Tom. I. jun. Pag.* 941. *n.* 34.

3. Abbas unicus Antverpiæ

„Et quis nostrûm erit piissime PATER, qui „non hujus commiseratione ad intima viscera „commoveatur, quando hoc unum loci nostri, „ut ita dicamus, luminare potissimum extin„guitur, nobisque tollitur? Abbatialis namque „dignitas alia nobiscum aut etiam sub nostris „Suburbiis non est, quæ festivitates sacras, pro„cessionesque solemnes nobiscum concelebret at„que decoret.

4. Abbas de sua mensa ad millia pauperum alit & vestit.

„Quod si tolerabiliora hæc cuilibet, ad quem „fortè non pertinent, videantur, quis Deus „bone temperet à lachrymis, dum voces au„diet pauperum nostrorum in cœlum claman„tium, quos sola Abbatum pia devotio & „devota pietas de bonis mensæ suæ dietim, & „crebro simul per millia famelicos alere & nu„dos vestire consuevit, nullo ad hoc certo „reditu deputato, ut in infinita & ea etiam „transeamus Commendarum mala, quæ per „ipsammet vestram Sanctitatem in suis nuper „ad nobilis memoriæ CAROLUM Burgundiæ „Brabantiæ &c. Ducem intelligimus esse com„memorata Litteris.

Deprecatio.

„Quas ob res sancte PATER pontifex maxi„me, vestræ sanctitati humiliter supplicamus, „ut pro optimis, quas ad primam Sedem „semper gessimus, devotione & reverentiâ, „unicam hujusmodi Abbatiam cum reliquis hu„jus nostri Ducatûs salvâ & insolitâ suâ Re„ligione nobis servans; dictoque Sibinicensi

„Episco-

„ Episcopo, si suus non sufficiat Episcopatus, Anno
„ aliunde pro sua conditione congruentiùs pro- 1477.
„ videns, electionem sanctam de persona vene-
„ rabilis Patris Domini *Andreæ de Achtenryt*,
„ viri quidem providi, & maturi, ac juxtà lon-
„ gam, quam de eo habemus experientiam,
„ commendatæ plurimum vitæ, & per omnia
„ digni, ritè & canonicè factam, cum inde
„ secutis approbare & ratificare, aut monaste-
„ rio de illis personis de novo providere digne-
„ tur & velit; nec patiatur tam insigne in
„ suo ordine membrum in prædam dari & in
„ desolationem futuram, quod vestræ sanctita-
„ tis optimo nomini nolit umquam adscribi Deus:
„ qui eandem pro commissi sibi ovilis à lupo-
„ rum incursu tranquilla & tuta custodia multa
„ virtute corroboret, salvamque conservet &
„ felici sospitate longævam. Ex Antverp. 4. may
„ anno 77. sc. post 1400.

„ *Vestræ Sanctitatis devoti famuli Magistratus &*
„ *Cives Oppidi Antverpiensis Ducatûs Brabantiæ.*"

Auctor dicit hanc epistolam extractam esse ex Registro Abbatiæ Parchensis scripto tempore Maximiliani Imperatoris.

Omnia hæc ex parte Ducissæ, Statuum & Senatûs nihil effecerunt Romæ; quin etiam, ultrà Abbatiam Tongerloensem, Grimbergensis Abbatia nuper vacans in commendam data erat. Quare Ordines Brabantiæ iterum desuper scripserunt ad pontificem litteras, quæ referuntur apud Sanderum *Chor. S. Abb. Parch. Cap. XIV. pag.* 218. & plura similia acta sunt pro abolitione Commendarum tum ex parte principis tum ex parte omnium Ordinum Belgii, ut apud *Sanderum ibidem*, sed hactenùs frustrà: quia agente Episcopo Sibinicensi omnia Romæ præoccupata erant.

Frustrà omnes scripserunt.

Interim moritur Mechliniæ Abbas S. Michaëlis *Andreas de Aechtenryt* 14. decembris anno 1478. &

Religiosi S. Michaëlis excommunicantur.

Anno 1477. & in locum ejus eligitur JOANNES ROBYNS; qui dura sustinuit in hac dissensione: nam anno 1479. quinto idus augusti terribilis Bulla emanavit à sancta Sede, quâ è Conventu S. Michaëlis anteà moniti Religiosi cum electo à se Abbate declarabantur excommunicati, anathematisati, privati & inhabilitati; & cum Dathan & Abiron, quos vivos terra absorbuit, maledictionis æternæ & perpetuæ damnationis mucrone feriebantur.

Liberantur à Commendâ & ab excommunicatione. Res sic ultrà annum stetit, quo tempore Abbas & Religiosi S. Michaëlis rem suam sic Romæ direxerunt, ut pontifex tandem Abbatem electum confirmaret, eumque & Religiosos ab excommunicationis pœna liberaret per Bullam datam Romæ 1480. 5. idus novembris, quæ refertur apud *Sanderum ibid. tom. I. pag.* 223. *& seqq.* unde eam contractam subjungo.

Bulla Pontificis desuper. „ SIXTUS Episcopus servus servorum Dei „ ad futuram rei memoriam.

„ Sic decet ea, quæ nonnumquam minùs „ providè à Sede apostolica emanârunt, ad ratio„ nis reduci tramitem, ut quod in unius favo„ rem processisse conspicitur, in aliorum præju„ cium non subsistat, & jus suum unicuique „ conservetur illæsum.

Pontifex non vult ut quod uni conceditur, cedat in præjudicium alterius. „ Dudum siquidem... (*enarrantur hic, quæ „ desuper Romæ anteà emanârant.*)

„ Motu proprio... & ex certa scientia... „ auctoritate apostolicâ præsentium tenore decla„ ramus per litteras nostras... sufficienter de„ rogatum non fuisse, Nosque numquam mente „ gessisse concessis dictis Ordini & conventibus „ litteris prædictis derogare... & proptereà li„ cuisse eisdem conventui monasterii S. Michaëlis „ ad electiones & illis, à quibus illæ confirma„ tæ fuere ad earum confirmationes prædictas

„ pro-

„ procedere... dictosque JOANNEM modernum „ Abbatem & conventum S. Michaëlis... aliosque monitos... parere minimè tenerentur... „ de hæresis crimine notari aut suspecti haberi „ & reputari non potuisse, dictumque monasterium S. Michaëlis ad præfatum JOANNEM „ ROBYNS modernum Abbatem pertinuisse & „ pertinere... decernimus & declaramus... Anno 1477.

„ Et pro potioris cautelæ suffragio *Joannem* „ modernum S. Michaëlis... Abbatem & conventum ac singulares ejusdem monasterii S. „ Michaëlis Canonicos... à censuris & pœnis „ prædictis, quas... incurrisse dicerentur... auctoritate & potestate prædictis absolvimus, & „ super irregularitate, si... contraxissent, dispensamus, abolemusque omnem inhabilitatis „ & infamiæ maculam... & ad... officia... „ quatenùs opus fuerit, restituimus & reintegramus; factam quoque de dicto JOANNE ROBYNS moderno Abbate electionem... confirmamus...

„ Datum Romæ apud sanctum Petrum anno „ Incarnationis Domini millesimo quadringentesimo octuagesimo, quinto Id. novembris, „ pontificatûs nostri anno decimo."

Sic Abbatia S. Michaëlis hoc tempore liberata fuit à Commenda.

Marchio noster CAROLUS AUDAX Dux Burgundiæ cecidit in obsidione Nancæi 5. januarii anni septuagesimi septimi, annos natus quadraginta quatuor. Triduum jacuit, dum, vix cognitus per medicum suum & amanuensem captivos, jussu Reineri Ducis sepulus fuit in primario ejusdem Civitatis templo, eique erecta tumba. Carolus V. Imperator ossa ejus Nancæo Luxenburgum transferri curavit: unde ab ejus sorore Leonora Brugas sunt translata, ac in

CAROLUS Marchio. moritur.

Anno 1477. Choro templi D. Virginis ante gradus summi Altaris in sepulchro filiæ ejus Mariæ condita.

Uxores habuit tres, CATHARINAM Caroli VI. Francorum Regis filiam; ISABELLAM Borboniam, quam supra vidimus Antverpiæ obiisse 1465. & sepultam ibidem ad S. Michaëlis; tertiam MARGARETAM Eboracensem, quæ obiit 1503. Ex secundâ filiam unicam reliquit MARIAM.

Piæ fundationes. Princeps hic anno 1469. donat Præposito S. Donatiani Brugis & successoribus ejus Insulam de Schellinck in Frisia *Dipl. Belg. Tom. III. P. I. Cap.* 119.

Carthusia sylvæducensis & Lovaniensis. Anno sequenti fundavit Carthusiam sylvæducensem, quæ nunc est Antverpiæ, ut ibidem *Cap.* 120. & apud le Roy *Not. March. S. R. J. Lib. I. Cap.* 13.; de quâ infrà. Sub eodem Principe initium habuit anno 1474. Carthusia Lovaniensis, ut Haræus. *Annal. Duc. Brab.*

Maximilianus & *Maria* Marchiones. In Marchionatu aliisque Patris Dominiis successit MARIA filia & hæres unica, quæ eodem anno 18. augusti nupsit MAXIMILIANO filio FERDINANDI Imperatoris. Præfueruntque annis quinque. MAXIMILIANUS autem hâc occasione concedente Patre primus *Archiducis Austriæ* titulum tulit. Primus Archidux Austriæ. Et ab hoc tempore usque in hodiernum diem Belgium nostrum paruit Principibus Domûs Austriacæ.

Capellania ad S. Salvatoris incorporatur monasterio. Vidimus supra ad annum seculi hujus trigesimum septimum *Petrum Pot* in Capella *S. Salvatoris* fundasse Capellaniam pro presbytero seculari. Vidimus insuper ad annum quadragesimum octavum, dum Religiosi Cistercienses ibidem instituti erant, per Judices arbitrarios statutum fuisse, ut Capellanus prædictus, nè Religiosis in divino officio impedimento esset, missam celebraret in Altari S. Petri in Cripta ejusdem Ecclesiæ. Eo autem non obstante Religiosi instite-

runt;

runt, ut Capellania hæc monasterio incorporaretur, arbitrantes hoc sibi utile & commodum fore. Obtinuerant jam desuper Bullam Pontificiam, obtinuerant & consensum Ordinis, & tandem post longam instantiam (ut asserit Author *Chor.* apud Sanderum) obtinuerunt consensum Capituli Antverpiensis, penès quos erat jus institutionis, provisionis & admissionis ad prædictam Capellaniam. Capitulum autem hoc anno juri isti in favorem Religiosorum renuntiavit. Anno 1477.

Religiosi verò tam grato animo renuntiationem hanc acceptaverunt, ut ultrò Canonicos participes facerent spiritualium suorum bonorum, & sese obligarent ad exæquias & anniversarium pro singulis Canonicis morituris, ut latiùs patet ex his Litteris desuper confectis, datis 8. junii ejusdem anni, quas ex originali subjungo. Religiosi in gratiarum actionem varia promittunt Capitulo.

„NOS FRATER JACOBUS humilis Prior „totusque CONVENTUS monasterii S. SALVATORIS „in Antwerpia Ordinis Cisterciensis Cameracensis diocesis Dilectis nobis in Christo Venerabilibus Dominis DECANO cunctisque CANONICIS „Ecclesie Collegiate B. MARIE Opidi antedicti „presentibus & futuris salutem in Domino & „orationum suffragium salutare. *Ex Archivis Capituli.*

„ Si caritatis & anime beneficia proximis nostris „quibuscunque divinâ lege jubemur impendere, illis potissimè impendenda videntur, „quos specialis gratia nobis magis fecit favorabiles & devotos.

„Quapropter exigente devotionis vestre affectu, quem ad Ordinem & monasterium nostros antedictos certis vos experientie indiciis „habere comperimus, presertim cum ad incorporandam dicto nostro monasterio *Cappellaniam*, inibi per priùs à venerabili quondam „bone memorie PETRO POT fundatore nostro,

„fun-

Anno 1477.

„ fundatam & dotatam , benevolum vestrum „ consensum dedistis ac institutioni, provisioni & „ admissioni prefate Capellanie amore Dei ac „ favore nostri renuntiando generosè resignastis, „ conferimus Vobis & cuilibet vestrûm in soli- „ dum per presentes plenariam participationem „ omnium bonorum spiritualium , que in Mis- „ sis , vigiliis , jejuniis, elemosinis , discipli- „ nis , psalteriis ; orationibus , hospitalitati- „ bus , silentiis & laboribus ceterisque beneficiis „ Deo gratias in prefato nostro monasterio fiunt „ dietim ac inposterum fient Domino largiente, „ in vita vestra pariter & in morte.

„ Ita sanè , quod cum obitus vester aut ves- „ trum cujuslibet , quem pius Dominus felicem „ faciat ac beatum , nostro fuerit Capitulo nun- „ ciatus , ibidem tamquam unum ex carissimis „ nostris , prout moris est , cum specialibus „ orationibus absolvemus , memoriam vestri per „ triginta dies prefati obitûs immediatè sequentes „ habendo , ac nomina vestra dierique mi- „ grationis memoriali defunctorum scribendo , „ Anniversarium quoque diem uniuscujusque ves- „ trûm singulis annis nostris Fratribus capitulariter „ congregatis denunciando , & absolutione tunc „ premissâ in Missis & orationibus specialibus „ debitum fraternitatis vobis & cuilibet vestrûm „ perpetuis futuris temporibus fideliter persol- „ vendo.

„ Datum sub appensione sigilli nostri Con- „ ventûs die octavâ mensis junii anno Domini „ millesimo quadringentesimo septuagesimo sep- „ timo."

Beggardi à Capitulo obtinent jus sepulturæ & extr. Unctionem.

Beggardi nostri ; qui anno præcedenti a Nuntio Apostolico obtinuerant jus sepulturæ & extremam Unctionem salvo jure cujuslibet , deinceps cœperant agere cum Capitulo , & ab

eis prædicta privilegia humiliter petere; eaque hoc anno obtinuerunt pro Religiosis & Novitiis dumtaxàt, idque sub certis conditionibus, ut patet ex Litteris desuper confectis, quas ex originali subjungo. Anno 1477.

Concordatum cum Begardis.

Ex Archivis Capituli.

„ IN NOMINE Domini amen. Per hoc pre„ sens publicum instrumentum cunctis pateat „ evidenter & sit notum, quod anno à nativi„ tate ejusdem Dni millesimo quadringentesimo „ septuagesimo-septimo, Indictione decimâ, „ die lune vicesimâ octavâ mensis aprilis, Pon„ tificatûs sanctissimi in Christo patris & Dni „ nostri Dni Sixti Divinâ providentiâ Pape „ quarti anno sexto, coram venerabilibus & „ circumspectis viris Dnis Dnis DECANO & „ CAPITULO Ecclesie collegiate beate Marie „ Opidi Antwerpiensis cameracensis Diocesis, „ capitulariter in eorum loco Capitulari solito „ congregatis, meque Notario publico & testi„ bus infrascriptis, ad hoc vocatis specialiter & „ rogatis, comparentibus & constitutis discretis „ viris Fratribus Dno JACOBO BASTYNS Ministro, „ HUBERTO CLERQ subministro, JOHANNE „ DE LIRA & ARNOLDO BOSCHMAN Religio„ sis professis domûs Fratrum tertie regule sancti „ Francisci BOGARDORUM nuncupatorum dicti „ opidi Antwerpiensis, totum conventum ipsius „ domûs representantibus & constituentibus.

„ Iidem Dnus *Minister* & *Fratres* eisdem Dnis „ DECANO & CAPITULO, ut quantum in eis „ esset & de jure possent, quod in eorum Ca„ pella, que infrà limites parochialis Ecclesie B. „ Marie Antwerpiensis constituta existit, con„ stituatur & habeatur cimiterium cum extrema „ unctione pro ipsius domûs Ministro & Fratri„ bus, nec non conversis & aliis novitiis domes„ ticis, infrà annum probationis existentibus dum„ taxàt, & nullis aliis, pro tempore infrà

Anno 1477. „ cepta dicte domûs decedentibus consentire dig„ nentur & velint, humiliter supplicârunt, „ ipsorum Dnorum DECANI & CAPITULI & cu„ juslibet alterius jure in omnibus semper sal„ vo.

„ Unde iidem Dni DECANUS & CAPITULUM „ hujusmodi supplicationibus inclinati, ac aliàs „ piè, ut asseruerunt, moti, quantùm in eis „ est & de jure possunt, salvis & adjectis „ in premissis etiam infrà designatis conditioni„ bus, hujusmodi consensum prebuerunt, aliasque & alia consenserunt & conditiones adjece„ runt, prout & quemadmodum in quadam „ papiri cedula, desuper de mandato ipsorum „ Dnorum *Decani* & *Capituli* conscriptâ, & „ mihi Notario publico infrà scripto exhibitâ, „ continetur & habetur, cujus tenor talis „ est.

Conceditur jus sepulturæ

„ NOS DECANUS & CAPITULUM Ecclesie B. „ Marie Opidi Antwerpiensis consentimus, quan„ tum in nobis est & de jure possumus, quod apud „ Capellam domûs Fratrum tertie regule sancti „ Francisci Bogardorum nuncupatorum dicti „ Opidi, que Capella infrà limites dicte Eccle„ sie B. Marie, que etiam Parochialis est, „ consistit, constituatur & habeatur cimiterium „ cum extremâ unctione pro ipsius domûs Mi„ nistro & Fratribus, nec non conversis & aliis „ Novitiis domesticis infrà annum probationis „ existentibus pro tempore, infrà cepta dicte „ domûs decedentibus dumtaxàt, & nullis aliis, „ etiamsi ibidem suam elegerint sepulturam, „ sepeliendis.

Circà oblationes.

„ Et loco denarii oblationum, singulis „ annis in quatuor Solempnitatibus offeri soliti, „ promittent Minister & Fratres ac conversi ip„ sius domûs impresentiarum existentes, pro se & „ successoribus suis, nobis singulis annis ultimâ

„ die

„ die mensis aprilis perpetuis futuris temporibus Anno
„ sex solidos groff: mon. Brabantie fide mediâ 1477.
„ liberè & sine quacumque contradictione con-
„ signare & persolvere ; ceteris consuetudinibus
„ hactenùs per ipsos Fratres observatis in suo
„ robore permansuris : nec non aliis oblationi-
„ bus tam ratione funeralium & exequiarum ac
„ aliàs , undecumque & ex quavis causa illuc pro
„ tempore provenientibus , nobis integrè reserva-
„ tis , quas nobis fideliter etiam fide mediâ consig-
„ nare & deliberare tenebuntur.

Quid si occurrat Dubium in præmissis.

„ Et si aliquod dubium quoad expositionem
„ vel declarationem vocabulorum aut dictionum
„ prefatorum occurrat ; illius interpretationem
„ nobis & nostris successoribus , quotiescumque
„ opus fuerit , reservamus.

Fratres accep tant conditio nes.

„ Quâ quidem cedulâ sic receptâ & ipsis
„ *Ministro* & *Fratribus* prelectâ & ad plenum
„ expositâ ; hujusmodi consensum & conditiones
„ prescriptas cum omni gratiarum actione ac-
„ ceptantes , predictas conditiones hujusmodi ad-
„ implere , intertinere , & de prenominatis
„ oblationibus & summis satisfacere , & pre-
„ missis in toto vel in parte , per se vel alium ,
„ publicè vel occultè , directè vel indirectè ,
„ quovis quesito ingenio seu colore non contra-
„ dicere aut contravenire ; sed illis obtemperare
„ & obedire pro se & suis successoribus spontè ,
„ sub hujusmodi concessionis privatione ac om-
„ nium eorum & suorum successorum & dicte
„ domûs bonorum mobilium & immobilium ,
„ presentium & futurorum expressâ ypothecâ &
„ obligatione , subque omni juris & facti re-
„ nunciatione ad hoc necessariâ & cauthelâ ;
„ promiserunt & convenerunt ; se ipsos & suos
„ successores ac eorum & suorum successorum bona
„ quecumque mobilia & immobilia , presentia & futu-
„ ra ad hoc efficaciter obligantes & ypothecantes.

Anno 1477. „ De & super quibus premissis omnibus & „ singulis prefati ven. & discreti Dni Dni DECA„ NUS & CAPITULUM ac *Minister* & *Conventus*, „ sua sigilla in premissorum confirmationem pre„ sentibus appendentes, petiverunt sibi à me No„ tario publico infrascripto fieri, confici & „ tradi unum vel plura publicum seu publica „ instrumentum vel instrumenta.

„ Acta fuerunt hec Antwerpie in Ecclesia & „ loco Capitulari prefatis... presentibus ibi„ dem ... testibus ad premissa vocatis specialiter „ & rogatis.

„ Et ego Henricus de Haesdonc... publi„ cus... Notarius..."

Dedicatur Ecclesia Beggardorum. Refert Grammajus Templum Beggardorum dedicatum esse 13. julii hoc anno septuagesimo septimo, adeoque non tribus mensibus post obtenta à Capitulo suprà relata privilegia. Templum novum ædificaverant, cum strictiùs se religioni mancipassent; & certè cum templo consecratum fuit cemeterium ipsis nuper concessum.

Indulgentiæ concessæ Gerontocomio B. M. Hoc anno LUCAS Epis. Sibinicensis Nuntius apostolicus apud Ducem Brabantiæ concedit Indulgentias frequentantibus Capellam Gerontocomii B. Mariæ viâ *de Kerk-hof-straet* per Litteras datas 18. Kal. februarii; quas integras refert Papebrochius *Annal. MSS. ad hunc annum.* Easdem Indulgentias confirmavit & ampliavit HENRICUS Epis. Cam. per Litteras datas 18. decembris anno 1483. ut idem *ibid.*; ubi & refert litteras septem Cardinalium datas anno 1480. 20. novembris, per quas eidem Gerontocomio Indulgentiæ conceduntur.

Quomodo Cura parochialis hic olim gesta. Vidimus suprà, seculo XII. tempore S. Norberti Antverpiæ unicum fuisse SACERDOTEM PA-

ROCHIA-

ROCHIALEM, qui dicebatur PAROCHIANUS, qui curam gerebat totius populi tum in civitate tum in universo suburbio. Is autem licèt unicus, non solus tamen curam populi gerebat, sed cum subcuratis & aliis ministris: sicut adhuc hodie cura populi exercetur Liræ in vicinia nostra, ubi hactenùs licèt ibidem habeatur numerosus Clerus, unicus tantùm est Sacerdos Parochialis, qui curam gerit populi totius civitatis & universi latè diffusi suburbii, non solus sed cum subsidiariis. Sic inquam Antverpiæ exercebatur cura populi per unicum Sacerdotem parochialem: & quidem sic adhuc perseveravit res per duo secula., usque ad annum 1304., quo, ut suprà vidimus, ad sublevandum onus Plebani, interveniente requisitione & dotatione Senatûs, in suburbio duæ novæ erectæ sunt Parochiæ, in Capella nempe *S. Willibrordi* & Capella *S. Georgii*, quorum Curati curam gererent totius suburbii; sine fonte tamen baptismali, qui reservabatur Ecclesiæ matrici.

Anno 1477.

Sub unica parochia.

Dein duæ aliæ erectæ.

Vix autem post decem annos Ecclesia S. Georgii productis mœniis inclusa est civitati. Perseveravit tamen Curatus illius ecclesiæ curam gerere populi sibi commissi tum intrà tum extrà civitatem usque ad annum 1659. quando pro suburbio ei subjecto erecta est Parochia S. Laurentii in Marckgraveleye, ut infrà suo loco dicetur.

Anno autem 1441. ut, suprà vidimus, concessit Capitulum ad evitanda pericula Parochiæ S. Willibrordi fontem baptismalem in perpetuum pro baptizandis infantibus illius parochiæ. An autem tunc ad evitanda eadem pericula concessum sit suburbio subjecto parochiæ S. Georgii, ut ibidem servaretur aqua lustralis non liquet; constat interim, quod ante erectionem

Posteà fons baptismalis in S. Willibrordi.

Anno 1477. Parochiæ S. Laurentii ibidem servaretur pro tempore nocturno & periculi.

Quomodo in S. Walburgis Quantùm ad Ecclesiam S. Walburgis seculo XII. ad distinctionem aliarum Ecclesiarum dicebatur tantùm *Capella*, ut suprà *tom. I. pag.* 176. vidimus in Bulla Lucii PP. III. Anno 1249. capella ista collapsa curâ civium reædificata fuit. An autem tunc cura aliqua illi ecclesiæ annexa sit, non liquet. Interim deinceps in litteris originalibus datis annis 1258. & 1295. vidi tamquam testes subscriptos nòn tantùm Plebanum B. M. sed etiam *Plebanum S. Walburgis*: an autem is fuerit Curatus illius ecclesiæ, an fortè Canonicus B. Mariæ, qui nunc Provisor dicitur, non liquet. Interim cònstat non diu post hæc fuisse in illa ecclesia duos Curatos, qui *Portionarii* dicebantur, qui inter se functiones dividebant, ut satis clarè patet ex libro redituum & censuum ejusdem Ecclesiæ conscripto anno MDCII., quem R. D. Uwens ibidem Pastor communicavit Papebrochio, qui *Annal. Mss. ad an.* 1503. ex eo hæc refert: *Inter Ecclesias subalternas Ecclesia Collegiata S. Mariæ est omnium prima & antiquissima Ecclesia S. Walburgis, aliàs Castri, ubi antiquiùs solent esse duo Portionarii sive Pastores. Primi est decantare quotidie summum sacrum, exceptis diebus ferialibus in Quadragesima, quando possessor Capellaniæ B. Mariæ tenetur quotidie illud celebrare.... secundi est Concionari & celebrare sacrum Parochiale diebus Dominicis & festivis.*

Patet, quod licèt liber ille conscriptus sit anno 1602., hæc tamen tunc ad verbum descripta sint ex libro vetustiore, conscripto antequam Capitulum esset Cathedrale.

Sic Ecclesia S. Walburgis usque in hæc tempora regebatur per duos Rectores, qui parochianis ministrabant nubentium benedictionem,

Pœniten-

Pœnitentiæ & Eucharistiæ Sacramenta, non extremam Unctionem. Non habebatur illic fons baptismalis, nec etiam jus sepulturæ nisi à paucis annis, ut infrà patebit. Anno 1477.

Itaque hoc tempore duæ tantùm habebantur Parochiæ completæ, in quibus omnia pastoralia exercebantur, nempe Ecclesia matrix in civitate, & S. Willibrordi in suburbio. In Parochia S. Georgii deerat fons Baptismalis & in S. Walburgis fons baptismalis & extrema unctio, pro quibus parochiani recurrere debebant ad Ecclesiam matricem. Duæ hactenùs Parochiæ completæ.

Sic itaque exerçebatur cura animarum in hac civitate & suburbio hoc tempore, quo, rebus civilibus plurimùm turbatis, incidit civibus ut expeterent erectionem novarum Parochiarum, & illis, quæ jam erectæ erant, concederentur exercitia omnium functionum pastoralium. Cives petunt erectionem parochiarum

Speciosa prætexebant. Ecclesia Matrix restaurabatur & dilatabatur, sed restauratio illa tardiùs procedebat; unde pars illius continuò impedita erat, quominùs usui esset populo: populus autem crescente mercatura sic continuò augebatur, ut etiam independenter ab eo ecclesia illa universum populum capere non posset in solemnitatibus. Insuper pretexebant: *esse admodum grave & damnosum pro baptismatis & extremæ unctionis Sacramentis ad matricem ecclesiam recurrere & ad illam decedentium corpora tumulanda deferre.* Verba sunt Bullæ infrà referendæ. Rationes.

Itaque Parochiani S. Georgii, Parochiani S. Walburgis & vicini Capellæ S. Jacobi simul cum Senatu institerunt apud Capitulum, ut Capella S. Jacobi erigeretur in novam Parochialem ecclesiam cum omnibus insigniis parochialibus, & ut Ecclesiæ S. Georgii concederetur

 fons

Anno 1477. fons baptismalis ac Ecclesiæ S. Walburgis fons Baptismalis & extrema unctio cum jure sepulturæ.

Capitulum negat fontem Baptis. & in S. Walburgis

Quantùm autem ad ecclesiam S. Walburgis Capitulum noluit consentire, quia, cum ecclesia ista vix distaret à Matrice, vix etiam quidquam commodi inde obvenisset parochianis illius; nullam itaque necessitatem judicabat ad concedendam similem requisitionem.

Consentit in Erectionem S. Jacobi.

Quantùm ad erectionem Capellæ D. Jacobi in ecclesiam Parochialem Capitulum facilè consensit; sed, cum limites designandi essent & alia multa, ad obviandum difficultatibus, disponenda, res hæc non tam cito executioni mandari poterat.

Concedit fontem bapt. in S. Georgii.

Quantùm ad Ecclesiam sancti Georgii, mox consensit Capitulum, & ad supplicam Curati & Magistrorum fabricæ ac ad instantiam Senatûs concessit erectionem Fontis Baptismalis per Litteras notariales desuper confectas, datas 15. maji hujus anni 1477., quas ex originali subjungo.

Litteræ ejus desuper.

Ex Archivis Capituli.

„ IN NOMINE DOMINI Amen. Per hoc „ presens publicum instrumentum cunctis sit no„ tum, quod anno à nativitate ejusdem Do„ mini millesimo quadringentesimo septuagesimo „ septimo, Indictione decimâ, mensis may „ die decimaquintâ, Pontificatûs sanctissimi in „ Christo Patris & Domini nostri Domini SIXTI „ divinâ providentia Pape quarti anno sexto, „ coram venerabilibus & circumspectis Dominis „ *Johanne Nell* Cantore, *Joanne de Lapide* & „ *Johanne de Beltis* Canonicis prebendatis Ec„ clesie collegiate beate Marie Opidi Antwerpien„ sis Gameracensis diocesis, nomine Capituli „ ejusdem Ecclesie ad hoc deputatis, & totum „ Capitulum ad hoc, quantum opus sit, „ representantibus, meque Notario publico &

„ testi-

„ testibus infrascriptis ad hoc vocatis & rogatis, „ comparentibus & constitutis providis & discre- „ tis viris Domino *Johanne Pottere* Curato & *Jo-* „ *hanne de Bralic* fabrice & *Johanne Moelen* „ & *Petro Methen* Rectoribus mense sancti spi- „ ritûs Ecclesie parochialis sancti Georgii opidi „ Antwerpiensis, eisdem Dominis Deputatis & „ nomine Capituli hujusmodi, ut quantum in „ eis esset & de jure possent, consentire vel- „ lent, quod in dicta Parochiali Ecclesia sancti „ Georgii, que filia dicte ecclesie B. Marie ex- „ istit, erigatur FONS BAPTISMALIS pro infan- „ tibus ipsius parochie sancti Georgii baptisan- „ dis, eorum juribus consuetis salvis, humi- „ liter supplicârunt.

Anno 1477.

Supplicantes

„ Unde iidem Domini Deputati nomine Ca- „ pituli, hujusmodi supplicationibus inclinati, „ ac aliàs piè moti, ut asseruerunt, quantum „ in eis est & de jure possent, salvis infra „ designatis conditionibus hujusmodi, consen- „ sum prebuerunt, aliàsque & alia fecerunt, „ dixerunt & concluserunt, prout & quemad- „ modum in quadam papiri cedula desuper „ confecta, & michi Notario publico infra- „ scripto exhibita, continetur, cujus tenor ta- „ lis est.

„ NOS DECANUS & CAPITULUM Ec- „ clesie Collegiate beate Marie Antwerpiensis ad „ supplicationem & instantiam BURGIMAGIS- „ TRORUM & LEGISLATORUM, nomine „ COMMUNITATIS Opidi Antverpiensis, ac aliàs „ certis ex causis & respectibus moti consenti- „ mus, quantum in Nobis est & de jure possu- „ mus, quod in Ecclesia parochiali sancti „ GEORGII dicti Opidi, que etiam filia no- „ minate ecclesie beate Marie existit, erigatur „ FONS BAPTISMALIS pro infantibus nominate „ Parochie S. Georgii baptisandis, candelis „ sive

Conceditur fons.

Reservantur Candelæ.

Anno 1477. „ sive cereis propterea pro tempore oblatis no-
„ bis integrè reservatis. Per premissa autem non
„ intendimus derogare reliquis juribus , quibus
„ priùs & usque nunc usi sumus , sed illa ma-
„ nere nobis & singulis aliis in omnibus salva & illesa.

„ Qua quidem cedulâ , sic conscriptâ & ipsis
„ Curato & Rectoribus prelectâ & ad plenum
„ expositâ , hujusmodi consensum & conditio-
„ nes prescriptas cum omni gratiarum actione
„ acceptantes , preinserta omnia & singula in
„ hujusmodi Cedula contenta adimplere &
„ intertenere , & non per se vel alium quovis que-
„ sito colore contravenire pro se & suis succes-
„ soribus promiserunt & convenerunt sub expres-
„ sa ypotheca & obligatione omnium dictorum
„ Cure , fabrice & mense sancti Spiritûs bonorum
„ mobilium & immobilium presentium & futu-
„ rorum , & sub omni juris & facti renuntia-
„ tiatione ad hoc necessariâ & cauthelâ.

„ In quorum omnium & singulorum fidem
„ & testimonium premissorum prefati Domini
„ Deputati ac Curatus ac Rectores preinsertí
„ Litteras exinde fieri & per me Notarium pu-
„ blicum infrascriptum subscribi & publicari
„ mandaverunt ; nec non tam ipsorum Domi-
„ norum Decani & Capituli, quàm dicti *Joannis*
„ *Pottere* Curati sigillorum propriorum in pre-
„ missorum confirmatione jusserunt & fecerunt
„ appensione cummuniri. Acta fuerunt hec Ant-
„ werpie in domo habitationis dicti magistri
„ Johannis Curati sub anno , indictione , men-
„ se , die & pontificatu premissis , presentibus
„ discretis viris Dno Petro Ruebens pbro Ca-
„ pellano & Gerardo Boyst virgifero Ecclesie
„ B. Marie Antverpiensis predicte testibus ad pre-
„ missa vocatis & rogatis.

„ Et ego Henricus de Haesdonc . . . publi-
„ cus . . Notarius . . .

Itaque

Itaque ecclesia hæc obtinuit fontem baptismalem anno centesimo septuagesimo tertio postquam erecta fuerat in ecclesiam parochialem. Anno 1477.

Cum intereà limites, pro erigenda Capella S. Jacobi (cujus originem suprà ad an. 1413. vidimus) in parochialem Ecclesiam, designati essent, & reliqua circà concessionem & reservationem jurium determinata, ac examinata dos seu Legata & fundata pro dotatione Curati erigendæ Parochiæ, quæ relicta fuerant in eum finem per *Petrum de Maech* & *Nicolaum de Herde*, qui vel ideo dici debent fundatores illius Curæ, Capitulum in erectionem consentit, quantùm in se erat, remittens supplicantes pro ulteriori erectione ad habentem ad hoc canonicè potestatem, idque per litteras desuper datas 3. julii hujus anni 1477. quas ex originali subjungo.

Capitulum consentit in erectionem parochiæ S. Jacobi.

„IN NOMINE DOMINI Amen. Per hoc „ presens publicum instrumentum cunctis pateat „ evidenter & sit notum, quod anno à Nati„ vitate ejusdem Domini millesimo quadringen„ tesimo septuagesimo septimo, Indictione de„ cimâ, mensis julii die tertiâ, Pontificatûs „ sanctissimi in Christo Patris & Dni nostri Dni „ SIXTI divinâ providentiâ Pape quarti anno „ sexto coram venerabilibus & circumspectis „ Dnis Dnis DECANO & CAPITULO Ecclesie „ collegiate B. Marie Opidi Antwerpiensis Ca„ meracensis Diocesis, Capitulariter in eorum „ loco capitulari solito congregatis, meque „ Notario publico & testibus infrascriptis ad hoc „ vocatis & rogatis comparentes & constituti, „ venerabiles, providi & discreti viri *Willyel„ mus Pauli*, *Henricus de Langenhove*, *Johannes* „ *Danielis* & *Johannes Willemaers* Rectores sive „ mamburni, saltem ad infrascripta ut asseruerunt

Litteræ ejus desuper.

Ex Archivis Capituli.

Supplicantes

„ depu-

Anno 1477.

Petita.

„ deputati, & ex parte fabrice Capelle S. Jacobi dicti „ Opidi Antwerpensis specialiter commissi, eisdem Dnis Decano & Capitulo, ut quantum „ in eis esset & de jure possent, quod Capella S. JACOBI opidi predicti, juxtà confinia ad „ hoc consignata, in Parochialem Ecclesiam erigi, ac ibidem fons Baptismalis institui, cimiterium consecrari & Oleum sacrum „ conservari, ac alia ecclesiastica Sacramenta, „ pro in ipsius consignatis confinibus habitantibus, per certum idoneum Vicarium, ad hoc „ per ipsos deputandum & totiens quotiens placuerit „ destituendum & amovendum & alium instituendum, ministrari, ac alia exercitia parochialia exerceri & fieri possent, consentire; „ nec non certos redditus pridem per quemdam „ *Petrum de Maech* pro dotatione futuri Curati „ seu Vicarii dicte erigende Parochialis Ecclesie, „ sub certis ad hoc expressis oneribus donatos „ & legatos, & ex post per executores sive „ posteros ipsius *Petri*, nè successu temporis „ perderentur aut alienarentur, de ipsorum „ Dominorum Decani & Capituli consensu sub „ similibus oneribus in dotem cujusdam fundate ibidem in dicta Capella ad Altare S. Jacobi Capellanie assignatos; & certos alios „ redditus expressos in dotem ipsius Vicarii applicare; ac ab hujusmodi Capellania S. Jacobi de ipsius Capellanie possessoris consensu „ abstrahere; & ipsi Capellanie aliàs loco hujusmodi abstractorum reddituum alios redditus „ assignare, aliàsque in premissis oportunè, „ salvis eorum & fabrice eorum Ecclesie juribus, „ providere dignarentur & vellent humiliter „ supplicaverunt.

„ Qui iidem Domini Decanus & Capitulum „ hujusmodi supplicationibus inclinati ac aliàs „ piè moti, ut similiter asseruerunt, quantum

„ in

„ in eis est & de jure possunt, salvis infrà de- Anno
„ signatis conditionibus hujusmodi consensum & 1477.
„ provisionem prebuerunt, aliasque & alia fe-
„ cerunt, dixerunt & concluserunt, prout & quem-
„ admodum in quadam papiri cedula desuper
„ conscripta & confecta michique Notario publi-
„ co infrascripto exhibitâ continetur & habetur,
„ cujus tenor sequitur & est talis.

„ PRO PARTE BURGIMAGISTRORUM Supplicatio Senatus.
„ Legislatorum nec non Communitatis Opidi
„ Antwerpiensis fuit Nobis Decano & Capitulo
„ Ecclesie Collegiate B. Marie ejusdem Opidi
„ Antwerpiensis humiliter supplicatum, ut que-
„ dam Capella S. Jacobi Opidi predicti juxtà
„ confinia de nostro consensu consignata in pa-
„ rochialem Ecclesiam erigi ac ibidem fons bap-
„ tismalis institui ac cimiterium consecrari,
„ Oleum sacrum conservari ac alia ecclesiastica
„ Sacramenta, pro in ipsius consignatis confini-
„ bus habitantibus, per certum ydoneum Vica-
„ rium, ad hoc per Nos deputandum & quo-
„ tiens nobis placuerit amovibilem, ministrari ac
„ alia exercitia parochialia exerceri & fieri possent,
„ quantum in nobis est & de jure possumus,
„ consentire; nec non certos infrà designatos
„ redditus, pridemque per quondam *Petrum*
„ *de Maech* pro dotatione futuri Curati seu
„ Vicarii dicte erigende Ecclesie, sub certis ad
„ hoc expressis oneribus, donatos & legatos,
„ & ex post per executores sive posteros ipsius
„ *Petri*, nè successu temporis perderentur aut
„ alienarentur, de nostro consensu sub similibus
„ oneribus in dotem cujusdam fundate ibidem
„ in dicta Capella ad Altare S. Jacobi Capella-
„ nie assignatos, ac certos alios subscriptos
„ redditus in dotem ipsius Vicarii applicare, ac
„ ab hujusmodi Capellania S. Jacobi de ipsius
„ Capellani possessoris consensu abstrahere & ipsi

„ Capella-

Anno 1477. „ Capellanie aliàs loco hujusmodi abstractorum
„ redditum alios redditus assignare, ac alias in
„ premissis omnibus, salvis nostris & fabrice
„ Ecclesie nostre juribus, oportunè providere
„ dignaremur & vellemus.

Concessio. „ NOS IGITUR DECANUS & Capitulum
„ hujusmodi supplicationibus inclinati; libenter
„ hiis, quibus divini cultûs augmentum; Christi
„ fidelium devotio & salus procurantur animarum;
„ intendentes. quia tam per litterarum
„ & instrumentorum desuper confectorum
„ exhibitionem, quam per diligentem requisitionem,
Dôs Pastoris „ per nos & nostro mandato desuper
„ factam, hujusmodi redditus: videlicet primo
„ novem fertellas siliginis hereditarii pactus ad
„ & suprà quandam hovam spectantem heredibus
„ quondam Johannis Cant, sitam in Mortsele.
„ Item unum pratum dictum *den Beestbeempt*,
„ & unam petiam terre dictam . . . sitam
„ juxtà ipsum pratum in Parochia de Berchem,
„ ac aliam petiam terre sitam *in de Luythaghe*
„ nunc ad censum seu firmam annuam, valentem
„ quindecim solidos grossorum & quinque
„ sircellas siliginis. Item certas alias terre petias
„ sitas in Broechem; locatas annuè pro decem
„ fertellis siliginis. Item unam fertellam siliginis
„ super certis bonis in Berendrecht Item aliam
„ fertellam siliginis super certis bonis in Mosenbroeck.
„ Item triginta septem grossos monete
„ flan. ad & supra domos & terras quasdam in
„ Berchem. Item alios redditus emptos de
„ pecuniis fundi certe domûs apud sanctum Jacobum;
„ que incendio periit, tredecim solidos
„ sex denarios groſſ. monete brab., per quondam
„ *Petrum de Maech* ad hujusmodi usum
„ legatos & donatos. Item de certis bonis &
„ redditibus per quondam *Nicolaum de Herde*
„ legatis; de quibus ad opus dotationis hujus-

„ modi

„modi vicarii quatuor libras groff. brab. lega- Anno
„vit. Item fupra quandam domum dictam 1477.
„*oude Brabant* fitam Antwerpie in platea hof-
„pitalis viginti folidos groff. Ad & fuprà quan-
„dam domum fitum Antwerpie in kiepdorp per-
„tinentem Hectori Clincke decem folidos groff.
„monete brab. Item fuprà domum dictam *den*
„*Mol* fitam Antwerpie *in kiepdorp* quinque fo-
„lidos groff. monete Brab.; fe in toto, quâ-
„libet fertellâ filiginis eftimatâ ad duos folidos
„groff. Brab., ad fummam decem librarum
„groff. monete Brab. extendentes, ad opus
„dotationis hujufmodi erigende Parochialis Ec-
„clefie per prefatos quondam *Petrum* & *Nico-*
„*laum* fore, fuiffe & effe donatos & lega-
„tos.

„Necnon ad dotationem dicte Capellanie S.
„Jacobi, nè, priufquam hujufmodi Capella in
„parochialem Ecclefiam erigeretur, alienaren-
„tur, de noftro confenfu fuiffe applicatos
„hujufmodi quoque redditus, unà cum certis
„aliis infra defignatis juribus & accidentibus pro
„dote hujufmodi Vicarii dicte erigende ecclefie
„fufficientem fore comperimus.

„Idcirco hujufmodi redditus per quondam
„*Petrum de Maech* affignatos, legatos & dona-
„tos, & hujufmodi Capellanie hucufque appli-
„catos, ab ipfa Capellania, quam alias, prout
„in certis aliis noftris defuper confectis litteris
„continetur, dotari & fundari procuravimus
„cum impofitis oneribus & fervitiis, de di-
„lecti noftri Dni Franconis... dicte capellanie
„Capellani & poffefforis expreffo confenfu &
„affenfu ammovimus, abftraximus ac per hu-
„jufmodi quondam *Petrum* & *Nicolaum* quàm
„alios affignatos & legatos redditus ad fummam
„decem Librarum groff. Brab fe extendentes,
„ut ipforum quondam donatorum & legatorum
„laudabi-

Anno 1477.

„ laudabile propositum ad debitum & optatum „ possit consequi & deduci affectum, in dotem „ seu dotationem dicte vicarie applicuimus, „ prout amovemus, abstrahimus & applicamus „ per presentes.

Onera Pastoris.

„ Statuentes & mandantes, quod hujusmodi „ Vicarius & sui successores Vicarii dicte Vica- „ rie, per nos pro tempore instituendi, & quos „ ad nostrum beneplacitum amovere & alios „ instituere, totiens quotiens nobis placuerit, „ poterimus, ac nobis & nostris successoribus „ licebit, quâlibet ebdomadâ singulis annis per- „ petuis futuris temporibus quatuor Missas in dicta „ erigenda Parochiali Ecclesia celebrare, ac in „ hujusmodi Missis & aliis officiis, servitiis & „ orationibus pro ipsorum predictorum quondam „ *Petri* & *Nicolai* suorumque parentum, pre- „ decessorum & benefactorum animarum salute „ preces & orationes apud Altissimum fundere, „ sint adstricti & teneantur.

Capitulum consentit in erectionem.

„ Consentientes nichilominus, quantum in „ nobis est & de jure possumus, quod hujus- „ modi Capella S. Jacobi, que infrà limites „ ipsius Ecclesie nostre B. Marie, que etiam „ Parochialis & Matrix Ecclesia est, consis- „ tit, in Parochialem Ecclesiam, aliàs tamen „ Canonicè per habentem ad hoc potestatem, „ cum insigniis parochialibus, ut puta fonte „ baptismali, extrema unctione & ceteris sacra- „ mentalibus, juxta confinia per Nos & prefa- „ tos supplicantes consignata & concordata, „ videlicet incipiendo à loco dicto *de mere* .... eri- „ gatur.

Inseruntur hìc universi limites novæ erigendæ parochiæ, qui sufficienter noti sunt & omittuntur hìc, quia domus, quæ limites sunt, ordinariè designatæ sunt per nomina proprietariorum aut inhabitantium, unde nulla inde notitia haberetur.

„ Que

„ Que Capella, postquam erecta fuerit, erit „ unum appendicium ipsius matricis Ecclesie, „ eique deservietur per personam ydoneam, Vi- „ carium sive subplebanum nuncupatam: cui „ per Nos exercitium Cure animarum commit- „ tetur, &, ut premittitur, removibilis per Nos, „ quotiens opus erit & Nobis & nostris succes- „ soribus placuerit, existet. Anno 1477.

„ Candelis sive cereis pro infantibus ipsius „ parochie baptizandis, mulieribus purifican- „ dis, sponsis nubendis cum denariis intruden- „ dis, nec non ceteris quibuscumque Spindis & „ oblationibus, tam ratione quorumcumque „ funeralium & exequiarum, nec non septena- „ riorum, tricenariorum & Anniversariorum „ in dicto cimiterio, etiam in Choro aut in „ Navi ipsius ecclesie, sepeliendorum funerum, „ pro tempore obvenientibus, & quas in prefata „ nostra ecclesia B. Marie percipere & habere „ consuevimus, Nobis integrè reservatis. Reservata Capitulo.

„ Consentientes etiam, quod Vicarius predictus „ pro tempore existens, ultrà prefatos redditus, „ emolumenta pro administratione sacramen- „ talium evenire & percipi solita, adinstar „ Supplebanorum ipsius nostre Ecclesie perci- „ piat.

„ Reliqua verò jura, sive in torticiis, aliis „ cereis, pellibus, legatis aut sine conditione „ aliqua & non ad usum aliquem singularem „ specificatum donatis aut aliis juribus consistant, „ mediatim B. Marie & mediatim S. Jacobi ec- „ clesiarum fabricis hujusmodi cedant & adve- „ niant: volentes ut nulle redemptiones exequia- „ rum fieri possint aut debeant sine nostro ex- „ presso consensu.

„ Et si aliquod dubium, quoad interpreta- „ tionem vocabulorum dictionum prescripto- „ rum occurrat, illius interpretationem No-

Anno 1477.

„ bis reservamus petentes desuper Instrumen- „ tum . . .

„ Quâ quidem cedula sic prelectâ & recep- „ tâ . . . .

„ In quorum omnium & singulorum fi- „ dem . . .

„ Acta fuerunt hec Antverpie . . .

„ Et ego Henricus de Haesdonc . . Nota- „ rius . . .

Senatus pro ulteriori erectione recurrit Romam.

Cum in hac Capituli concessione supplicantes pro ulteriori & finali erectione illius parochiæ remittantur ad habentem canonicam potestatem id exequendi, Senatus Antverpiensis recurrit Romam, supplicans quatenùs Pontifex dictam erectionem, juxtà limites, concessionem & restrictiones Capituli, S. Jacobi Capellam in parochialem Ecclesiam erigeret cum omnibus parochialibus insigniis ; præferens Pontifici, quod Ecclesia matrix in solemnitatibus populum capere non posset, & quod sint plures senes pauperes & debiles, qui propter distantiam ad eam accedere non valeant.

Parochiani S. Walburgis etiam eo recurrunt.

Parochiani S. Walburgis cum audivissent Senatum Romam recurrisse, similiter, sed sine interventione Senatûs, proprio suo nomine recurrunt Romam, ut à Pontifice obtinerent, quod ipsis negabatur à Capitulo. Prætexunt autem, numerum parochianorum ab aliquo tempore multùm excrevisse & excrescere indies, & ipsis parochianis grave esse & damnosum pro baptismatis & extremæ unctionis Sacramentis ad Ecclesiam matricem recurrere, ac decedentium corpora eò tumulanda deferre. Petunt itaque fontem baptismalem & extremam unctionem ac etiam jus sepulturæ, quod tamen jam ab aliquo tempore à Capitulo obtinuerant, ut infrà patebit. Fortè junxerant hoc pro

ha

habenda desuper pontificia confirmatione. Anno 1477.

Pontifex precibus tam Parochianorum quàm Senatûs motus, utrisque petita concessit & commissarios nominavit, qui de veritate expositorum inquirerent, & si invenirent preces veritate niti, utriusque petita auctoritate pontificia concederent; sed non nisi de pleno consensu Capituli. Concessit hæc pontifex per litteras datas Romæ 30. Octobris hujus anni 1477.

Pontifex consentit in erectionem Parochiæ S. Jac.

Et in primis subjungo Bullam super erectione parochiæ S. Jacobi ex originali Processu per Commissarium pontificium facto super dicta erectione, qui infrà etiam dabitur.

„SIXTUS Episcopus servus servorum Dei „dilectis filiis *S. Michaelis* Antwerpiensis & „*S. Bernardi* suprà scaldim monasteriorum *Ab*„*batibus* ac *Decano* Ecclesie S. Gummari Ly„rensis Cameracensis diocesis salutem & aposto„licam benedictionem.

Bulla eju de super.

Ex Archivis Capituli.

„In superne apostolice dignitatis specula, „meritis licet insufficientibus, divinâ dis„pensatione constituti ad ea, ut tene„mur, nostros libenter extendimus cogita„tus, que christi fidelium quorumlibet spiri„tualem profectum, cum divini cultûs aug„mento, conspiciunt, & ut illa optatum con„sequantur effectum, opem & operam, quan„tum cum Deo possumus pendimus efficaces.

„Exhibita siquidem Nobis nuper pro parte „dilectorum filiorum BURGIMAGISTRORUM, „Legislatorum & universitatis hominum Opidi „Antwerpiensis Cameracensis Diocesis petitio „continebat, quod Ecclesia B. Marie dicti „Opidi, que Collegiata insignis & etiam Paro„chialis est, adeò amplam & populosam Pa„rochiam habere dinoscitur, quod in solem-

 „nibus

Anno 1477. „ nibus festivitatibus populus dicte parochie vix „ absque magna pressura in dicta Ecclesia sese „ recipere potest.

„ Suntque in nonnullis confinibus dicte Pa- „ rochie quamplures senes, pauperes & debiles „ persone, que propter locorum distantiam ad „ prefatam ecclesiam accedere nequeuntes à divi- „ nis officiis retrahuntur.

„ Verùm si CAPELLA S. JACOBI infrà limites „ dicte Parochie, in loco ad hoc convenienti „ sita, in Parochialem Ecclesiam cum fonte „ baptismali, cimiterio & aliis parochialibus „ insigniis & officinis necessariis; nec non Pa- „ rochia juxta Tractatum inter dilectos filios De- „ canum & Capitulum ejusdem Ecclesie B. Marie, „ ad quos jura parochialia ipsius B. Marie perti- „ nent, ac prefatos Burgimagistros, Legisla- „ tores ac Universitatem habitum, limitanda „ erigeretur: ac cura animarum parochianorum „ dicte erigende Ecclesie per presbyterum ydo- „ neum, VICARIUM nuncupandum, per De- „ canum & Capitulum predictos ad eorum nutum „ inibi instituendum & destituendum, cui onus „ in eadem erigenda Ecclesia quatuor missas „ singulis ebdomadis celebrandi incumberet, „ regeretur & exerceretur, profectò Parochiani „ ipsius erigende Ecclesie, ultra emolumenta ex „ cure hujusmodi exercitiis proventura, provisio- „ nem annuam pro dote Vicario usque ad „ summam decem librarum groff. monete illius „ patrie, que viginti quatuor libras Turonen- „ ses communiter valent, in perpetuis redditi- „ bus assignarent: ex quo cura prefata in ea „ parte diligentiùs solitò exerceretur, divinusque „ cultus exinde susciperet incrementum & salus „ resultaret animarum.

„ Quare pro parte *Burgimagistrorum*, *Le-* „ *gislatorum* & *Universitatis* predictorum Nobis „ fuit

„ fuit humiliter supplicatum, ut Capellam prefa- Anno
„ tam in Parochialem Ecclesiam modo & for- 1477.
„ mâ predictis erigere, ac aliàs in premissis oportunè
„ providere de benignitate apostolica dignare-
„ mur.

„ Nos igitur, qui divini cultûs augmentum &
„ fidelium salutem animarum intensis desideriis
„ exoptamus, de premissis certam notitiam
„ non habentes, hujusmodi supplicationibus
„ inclinati discretioni vestre per apostolica scripta
„ mandamus, quatenùs vos vel duo aut unus
„ vestrûm, vocatis qui fuerint evocandi, de
„ premissis omnibus & singulis ac eorum
„ circumstantiis universis auctoritate nostrâ vos
„ diligenter informetis: & si per informationem
„ hujusmodi ita esse reppereritis, Capellam pre-
„ fatam in Parochialem Ecclesiam cum cimite-
„ rio, fonte baptismali & aliis parochialibus
„ insigniis ac necessariis officinis, nec non par-
„ rochiâ ut premittitur limitandâ, dummodo
„ *Decani* & *Capituli* predictorum ad hoc ex-
„ pressus accedat assensus, ac Burgimagistri,
„ Legislatores & Universitas prefati provisionem
„ predictam pro eodem Vicario assignaverint,
„ auctoritate predictâ, aliàs tamen sine alicujus
„ prejudicio, erigatis.

„ Et nichilominùs si erectionem hujusmodi
„ per vos vigore presentium fieri contigerit,
„ ut prefertur, eâdem auctoritate statuatis &
„ ordinetis, quod de ceterò cura animarum
„ parrochianorum dicte erigende Ecclesie per
„ Vicarium, ad nutum Decani & Capituli pre-
„ dictorum amovibilem, regatur & exercea-
„ tur.

„ Quodque jura parochialia sive in candelis
„ aut aliis cereis pro infantibus in ipsa erigenda
„ Ecclesia baptizandis, mulieribus post partum
„ purificandis, nubendis sponsis, ac denariis

 inde

Anno 1477. „ inde quomodocumque provenientibus ; nec „ non parvis candelis spindis nuncupatis , obla„ tionibus ratione quorumcumque funeralium „ & exequiarum , septenariorum , tricenario„ rum & Anniversariorum quorumcumque fu„ nerum , in cimiterio , Choro & Navi ipsius „ erigende ecclesie aut aliàs ibidem sepelien„ dorum , ac in solemnitatibus principalibus aut „ aliàs quomodolibet pro tempore obvenientibus , „ & que Decanus & Capitulum prefati hacte„ nùs in eadem Ecclesia B. Marie percipere con„ sueverunt , ipsis Decano & Capitulo perpetuò „ reserventur.

„ Reliqua vero jura sive in tortitiis , aliis „ cereis , pellibus , legatis aut sine conditione „ aliqua , non ad usum aliquem singularem „ specificatis , donatis aut aliis juribus consis„ tant , pro una B. Marie & alia medietatibus „ erigende Ecclesiarum predictarum fabricis ce„ dant & deveniant.

„ Quodque nulle redemptiones sive compositio„ nes exequiarum fieri possint aut debeant sine ipso„ rum Decani & Capituli expresso consensu. Non „ obstantibus Constitutionibus & Ordinationibus „ apostolicis , ceterisque contrariis quibuscumque.

„ Datum Rome apud sanctum Petrum anno „ Incarnationis dominice millesimo quadringente„ simo septuagesimo septimo , tertio kal. „ novembris , Pontificatûs nostri anno septi„ mo. "

Qualitas dotis Pastoris. Cæterùm tum in hac Bulla , tùm in præmissis Capituli litteris videmus assignari pro dote Pastoris novæ erigendæ Parochiæ S. Jacobi decem libras grossorum Brabantiæ , tunc sufficientes cum paucis aliis emolumentis ad honestam sustentationem ejusdem. Cum autem quæque libra constaret quatuor florenis , decem libræ faciebant quadraginta florenos , quæ summa

multis

multis modica videbitur. Sed si considerent mutationem valoris pecuniarum, cessabunt mirari: quadraginta enim floreni illius ævi superabant in valore aut certè equivalebant octingentis florenis hujus nostri temporis. Vis auri & argenti allata ex Indiis valorem pecuniarum sic mutavit, ut juxtà illius rei peritos differat sicut unum ad viginti duo. Qui hoc consideraverit, censebit summam quadraginta florenorum fuisse dotem honestissimam & ad sustentationem Curati sufficientem. Anno 1477.

Cum itaque consensus Decani & Capituli, quem in hac Bulla prærequirit Pontifex, jam ante datus esset, & quidem per authenticas litteras suprà relatas firmatus, res moram pati non debebat, si Commissarii parati fuissent. Interim executio dilata fuit ultrà annum, quando Abbas S. Bernardi, unus Commissariorum bullam executioni mandavit, & authoritate pontificiâ Capellam istam in parochialem Ecclesiam erexit, ut infrà patebit.

Executio dilata fuit ultra annum.

Alteram Bullam respicientem petita Parochianorum S. Walburgis, eodem die Romæ datam, subjungo ex originali communicato per R. D. Joannem Antonium Gallè ejusdem Ecclesiæ Pastorem.

Pontifex concedit Parochianis S. Walburgis petita

„SIXTUS Episcopus servus servorum Dei „dilectis filiis *sancti Michaëlis* Antwerpiensis & „*sancti Bernardi* suprà Scaldam monasteriorum „*Abbatibus* ac *Decano* Ecclesie *sancti Gummari* „Lierensis Cameracensis diocesis salutem & „apostolicam benedictionem.

Bulla ejus desuper.

Ex Archivis Ecclesiæ S. Walburgis.

„Cunctorum Christi fidelium animarum sa„lutem suppremis desiderantes affectibus, illa „provisionis oportune remedia adhibere cura„ramus, per que nedum animarum eorum„dem periculis obvietur, sed etiam votiva sa„lus procuretur.

 Sanè

Anno 1477. „ Sanè pro parte dilectorum filiorum univer-„ forum Parrochianorum parrochialis *ecclesie* „ *sancte Walburgis* Castri Opidi Antwerpiensis „ Cameracensis Diocesis Nobis nuper exhibita „ petitio continebat, quod numerus parrochia-„ norum dicte Ecclesie (que filialis ecclesia „ existit matricis ecclesie beate Marie dicti Opi-„ di, & per duos Rectores PORTIONARIOS nun-„ cupatos regi consuevit) benedicente Do-„ mino ab aliquibus temporibus citrà pluri-„ mùm excrevit & excrescit indies; estque „ ipsis Parrochianis, (quibus dicti Portionarii „ nubentium benedictionem impendere, peni-„ tentie & Eucaristie Sacramentum ministrare „ dumtaxàt consueverunt) admodùm grave & „ damnosum pro Baptismatis & extreme Unctio-„ nis Sacramentis ad matricem ecclesiam predic-„ tam recurrere, & ad illam decedentium pro „ tempore eorum corpora tumulanda defer-„ re.

„ Quare pro parte Parrochianorum predicto-„ rum Nobis fuit humiliter supplicatum, ut, „ quod in dicta Ecclesia sancte Walburgis fon-„ tem baptismalem erigi, & apud illam ci-„ miterium ordinari; & quod pueri, qui pro „ tempore nascentur intrà limites Parrochie dicte „ ecclesie sancti Walburgis de cetero in fonte predic-„ to Baptizari, & in ipsâ ecclesia sancte Wal-„ burgis & apud eam ordinando Cimiterio „ predicto decedentium Parrochianorum predicto-„ rum pro tempore corpora ecclesiastice sepul-„ ture tradi, & extreme Unctionis Sacramen-„ tum in eadem ecclesia sancte Walburgis con-„ servari, & infirmis ministrari per ejusdem „ ecclesie sancte Walburgis Portionarios predic-„ tos & quemlibet eorum; & ipsis recusantibus „ per aliquem Presbiterum ydoneum per dilec-„ tos filios DECANUM & CAPITULUM dicte

„ eccle-

„ ecclesie beate Marie pro tempore deputan- Anno
„ dum , & pro solo eorum nutu ammovibi- 1477.
„ lem , liberè & licitè valeant ; & cui ex
„ ecclesiis predictis emolumenta , que ex hujus-
„ modi sepulturà , anniversariis , tricenariis ,
„ & septenariis & aliis celebrandis officiis pro
„ eisdem , quorum corpora inibi sepelientur ,
„ & Sacramentorum ecclesiasticorum ministratio-
„ ne ac piis fidelium largitionibus & legatis , que
„ dicte ecclesie sancte Walburgis fieri continget,
„ per eos , quorum corpora apud ipsam eccle-
„ siam sancte Walburgis sepelientur , applicari
„ debeant , de expresso consensu DECANI & CA- Requiritur consensus Capituli.
„ PITULI predictorum , statui & ordinari man-
„ dare aliasque in premissis oportunè providere
„ de benignitate apostolica dignaremur.

„ Nos igitur hujusmodi supplicationibus in-
„ clinati discretioni vestre per apostolica scripta
„ mandamus , quatenùs vos vel duo aut unus
„ vestrûm , vocatis qui fuerint evocandi , sine
„ prejudicio cujuscumque , de expresso consen-
„ su DECANI & CAPITULI predictorum , in dicta
„ ecclesia sancte Walburgis *Fontem baptismalem*
„ auctoritate nostrâ erigere ; & apud illam *Ci-*
„ *miterium* ordinare ; & quod pueri , qui pro
„ tempore nascentur infra limites Parochie dicte
„ ecclesie sancte Walburgis , de cetero in dicto
„ fonte baptizari , & in eadem Ecclesiâ sancte
„ Walburgis & apud eam ordinando Cimiterio
„ predicto decedentium Parrochianorum eorum-
„ dem pro tempore corpora ecclesiastice sepul-
„ ture tradi , & *Extreme Unctionis* Sacramen-
„ tum in eadem Ecclesia sancte Walburgis con-
„ servari & infirmis ministrari per ejusdem ec-
„ clesie sancte Walburgis Portionarios predictos
„ & quemlibet eorum , & ipsis recusantibus
„ per aliquem presbiterum ydoneum , per prefa-
„ tos DECANUM & CAPITULUM pro tempore

„ depu-

Anno 1477. „ deputandum ; & pro solo eorum nutu amovibilem , liberè & licitè valeant ; & cui „ ex Ecclesiis predictis emolumenta , que ex „ hujusmodi sepultura , Anniversariis , Tricenariis & Septenariis ac aliis celebrandis Officiis pro eisdem , quorum corpora inibi „ sepelientur , & Sacramentorum ministratione ac „ piis fidelium largitionibus & legatis , que „ dicte ecclesie sancte Walburgis fieri contiget , „ per illorum quorum corpora apud ipsam ecclesiam sancte Walburgis sepelientur , applicari debeant , statuere dictâ auctoritate curetis : non obstantibus constitutionibus & ordinationibus apostolicis ceterisque contrariis quibuscumque.

„ Datum Rome apud sanctum Petrum anno „ incarnationis Domini millesimo quadringentesimo septuagesimo septimo , tertio kal. novembris , Pontificatûs nostri anno septimo."

Consensus Capituli negatur. Cum in hac Bulla Pontifex prærequireret expressum Capituli consensum (qui hactenùs negatus fuerat , quia nulla patebat necessitas , nec videbatur concessio illa notabilem parochianis allatura commoditatem , cum ecclesia S. Walburgis vix distaret à matrice ,) allaborandum erat ad obtinendum dictum consensum : quem non obtinuerunt nisi post annum & medium , ut infra patebit , & non nisi mediante intercessione Senatûs , quem parochiani illi ante fortè non petierant aut obtinere non potuerant , ut infra dicetur.

1478. Abbas S. Bernardi capellam S. Jacobi erigit in Parochiam. Interim Senatûs & Magistri fabricæ S. Jacobi allaborârunt ad obtinendum unum ex Commissariis pontificiis , qui concessionem Pontificiam supra pag. 67. relatam executioni mandaret. Obtinuerunt autem Abbatem S. Bernardi , qui cum inquisivisset de veritate expositorum & omnia veritate

veritate niti comperisset, rem perfecit, & Capellam istam auctoritate pontificiâ sibi commissâ in Parochialem ecclesiam erexit per Litteras desuper confectas 17. januarii anni 1479. quas ex originali subjungo. Anno 1478.

„ MARTINUS... Abbas... S. Bernardi su- 1479.
„ pra Scaldim..., Judex, comissarius & executor
„ ad infrà... à Sede apostolica specialiter de- Litteræ ejus desuper.
„ deputatus. Universis & singulis præsentibus &
„ futuris... salutem in Domino. *Ex Archivis Capituli.*

„ Litteras sanctissimi in Christo Patris & Dni
„ nostri Dni SIXTI Papæ quarti... Nobis pro
„ parte Ven. & discretorum Virorum BURGI-
„ MAGISTRORUM, LEGISLATORUM & UNIVER-
„ SITATIS hominum Opidi Antwerpiensis...,
„ principalium in ipsis litteris principaliter no-
„ minatorum coram Notario pub. & testibus
„ infrà scriptis præsentatas... recepimus hujus-
„ modi sub tenore.

„ SIXTUS Episcopus servus *&c. ut suprà ad*
„ *an.* 1477. *pag.* 67.

„ Post quarum quidem Litterarum præsenta-
„ tationem... fuimus pro parte eorumdem Bur-
„ gimagistrorum, Legislatorum & universita-
„ tis... requisiti, quatenùs... ad contentorum
„ in iisdem executionem... procedere... velle-
„ mus.

„ Nos igitur M. Abbas Judex... vocatis pri-
„ mitùs ad hoc coram Nobis illis, qui fuerint
„ evocandi... & constito nobis... de & su-
„ per omnibus... quæ sic comperimus veritate
„ fulciri, expressumque... Capituli... acces-
„ sisse... consensum..., per ipsosque Burgima-
„ gistros... prænotatam provisionem, pro
„ Vicario assignatam fore, fuisse & esse repperi-
„ mus... Auctoritate apostolicâ..., Burgima-
„ gistris... instantibus & petentibus, Capellam
„ S. JACOBI... in PARROCHIALEM ECCLESIAM

„ cum

Anno 1479. „ cum cimiterio, fonte baptiſmali & aliis parro-
„ chialibus inſigniis ac neceſſariis officinis, nec
„ non Parrochiâ juxtâ Tractatum inter ... Capi-
„ tulum ... ac ipſos Burgimagiſtros ... habitum,
„ ac in certis infraſcriptis Litteris deſignatum &
„ conſcriptum per nos limitatâ, abſque tamen
„ alicujus prejudicio erigendam duximus, pro-
„ ut ereximus & erigimus per preſentes.

„ Et nichilominus ... ſtatuimus & ordinamus,
„ quod decetero cura animarum ... (*ſequuntur hic conditiones relatæ in Bulla Sixti & litteris Capituli ſupra relatis pag. 59.*) Tenor vero
„ Inſtrumenti publici ſeu Litterarum tam ...
„ Capituli quàm ... Burgimagiſtrorum ... ſigil-
„ lis ſigillatarum ... ſequitur & eſt talis.

„ In nomine Domini Amen &c. *prout lit-*
„ *teræ illæ ſuprà relatæ ſunt pag.* 59.

„ In quorum omnium & ſingulorum fidem ... :
„ Datum & Actum Antwerpie dicte Camera-
„ cenſis diocefis in domo noſtre ſolite reſiden-
„ tiæ (*quæ nunc eſt Aula Epiſcopalis*) ſub anno
„ à nativitate Domini milleſimo quadringenteſi-
„ mo ſeptuageſimo octavo, indictione undeci-
„ mâ, die ſabbati, decimâ ſeptimâ menſis ju-
„ nuarii, (*id eſt ſtylo hodierno anno* 1479.) Ponti-
„ ficatûs ... SIXTI ... Pape quarti anno ſepti-
„ mo preſentibus ibidem ... teſtibus ...

„ Et ego Henricus de Haeſdonc ... Nota-
„ rius ...

In hac eccleſia ſic in Parochialem erecta poſt duo ferè ſecula eſt erectum Capitulum Canonicorum, & deinceps ſic excrevit, ut hodie tum mole tum ſtructurâ ſit ſplendidiſſimum ædificium.

Mediante Senatu Capitulum concedit petita S. Walburgis.

Parochiani S. Walburgis, qui hactenùs fruſtrà laboraverant ad obtinendum Capituli conſenſum, tandem recurrunt ad Senatum, quem cum aſ-

sentientem invenissent, simul agunt; & tandem Capitulum per supplicationem Senatûs motum, consensum tulit, & Parochianis S. Walburgis petita concessit anno 1479. mense martio stylo hodierno per Litteras desuper confectas; quibus inseruntur Litteræ Senatûs, ex quibus patet, ecclesiam illam jam ante habuisse sepulturam, quam iterum petebant. Litteras illas Capituli subjungo ex originali Processu, per quem commissarius pontificius petita concessit, quem Processum infrà dabo.

Anno 1479.

„IN NOMINE DOMINI Amen. Per hoc „ presens publicum instrumentum cunctis pateat „ evidenter & sit notum, quod anno à Nati- „ vitate ejusdem Domini millesimo quadringen- „ tesimo septuagesimo octavo, indictione un- „ decimâ, mensis martii die undecimâ (*stylo* „ *hodierno anno* 1479.) Pontificatûs sanctissimi „ in Christo Patris & Dni nostri Domini SIXTI „ divinâ providentiâ Pape quarti anno septimo, „ coram venerabilibus & circumspectis viris „ Dominis Dominis DECANO & Capitulo Ecclesie „ collegiate beate Marie opidi Antwerpensis Ca- „ meracensis Diocesis capitulariter in eorum loco „ capitulari solito congregatis, meque Notario „ publico & testibus infrascriptis ad hoc vocatis „ specialiter & rogatis, personaliter constituti & „ comparentes venerabiles & discreti viri *Johan-* „ *nes van der Bist* & *Johannes Walteri* scabini „ ac *Egidius de Palude* Secretarius Opidi Ant- „ werpiensis Cameracensis diocesis ad infrascrip- „ ta, ut asseruerunt, tam ex parte venerabi- „ lium & discretorum Dominorum BURGIMA- „ GISTRORUM & LEGISLATORUM, quam COM- „ MUNITATIS & incolarum Parochie Castri opi- „ di ejusdem deputati: nec non venerabiles „ viri Mr. *Wilhelmus van der Heyden* & *Ar-* „ *noldus de Alcmaria* Rectores fabrice predic-

Litteræ ejus desuper.

Ex Archivio Capitali.

„ ti

Anno 1479. „ te Ecclesie Castri Antwerpiensis, eosdem Do-
„ minos DECANUM & CAPITULUM, ut, quan-
„ tum in eis esset & de jure possent, quod
„ in Ecclesia sancte Walburgis Castri dicti Oppi-
„ di Fons erigatur baptismalis pro infantibus ip-
„ sius parchie baptizandis, cemiterium instituia-
„ tur pro funeribus mortuorum ibidem dece-
„ dentium sepeliendis; consentire; nec non
„ Vicarium unum vel plures ad nutum remo-
„ vibiles, qui tam hujusmodi preexpressa
„ quàm extreme unctionis Sacramenta ipsius pa-
„ rochie Castri parochianis debitè petentibus;
„ administrare possit aut possint, instituere aut
„ deputare, aliàsque in premissis & circà ea
„ oportunè providere dignarentur & vellent;
„ cum magna instantia rogarunt ac postula-
„ runt.

„ Qui quidem Dni Decanus & Capitulum
„ hujusmodi supplicationibus inclinati, salvis
„ eorum juribus & conditionibus infrà descrip-
„ tis, hujusmodi consensum prebuerunt & de-
„ super providerunt; ac prebent & provident;
„ prout & quemadmodùm in quadam papiri ce-
„ dula desuper conscripta & per me Notarium
„ infrascriptum prelecta continetur & habetur;
„ cujus tenor talis est.

„ NOS DECANUS & CAPITULUM Eccle-
„ sie collegiete beate Marie opidi Antwerpiensis
„ Cameracensis diocesis ad supplicationem &
„ instantiam Burgimagistrorum & Legislatorum
„ ac communitatis incolarum Parochie Castri
„ opidi predicti, aliisque certis causis & respec-
„ tibus moti consentimus, quantùm in nobis
„ est & de jure possumus, quod in Ecclesia
„ Parochiali sancte Walburgis Castri dicti opi-
„ di, que filia ipsius Ecclesie beate Marie ex-
„ istit, erigatur Fons baptismalis pro infanti-
„ bus Parochie dicte Ecclesie Castri baptizan-
„ dis;

„ dis ; quodque constituatur ibi cemiterium pro „ funeribus ipsius parochie sepeliendis , nisi „ alibi suam elegerint sepulturam : nec non quod „ Portionarii ejusdem Ecclesie Castri aut eorum „ loca-tenentes seu eorum alter ; dummodo per nos „ fuerint deputati aut fuerit deputatus , aut alii vel „ alius ad hec deputandi vel deputandus Vicarii „ vel vicarius ; qui ad nutum sint vel erunt „ removibiles , Sacramentum extreme unctionis „ ipsius parochie Castri parochianis , hoc si- „ militer petentibus , impendant seu impendat , „ cereis sive candelis pro ipsis infantibus baptizandis „ pro tempore oblatis , ac aliis oblationibus & spin- „ dis ratione funeralium & exequiarum nec non sep- „ tenariorum , tricenariorum & anniversariorum „ quorumcumque funerum in dicto cemiterio , etiam „ in choro aut in navi ipsius ecclesie Castri se- „ peliendorum pro tempore obvenientibus , & quas „ ante hujusmodi consensum in prefata nostra „ ecclesia recipere consuevimus , nobis integrè „ reservatis.

Anno 1479.

„ Consentimus , etiam quod Portionarii seu „ loca-tenentes predicti aut eorum alter , si ut „ premittitur per Nos deputati fuerint aut fuerit „ deputatus , aut alii vicarii seu alius vicarius „ per nos ad hec deputandi vel deputandus , „ proventus pro administratione hujusmodi sa- „ cramentalium presentialiter concessorum dari „ solitos , ad instar subplebanorum dicte nostre „ ecclesie beate Marie , que matrix est ; dum- „ taxat percipiant & assequantur : aliis juribus , „ oblationibus , candelis & emolumentis quibus- „ cumque , per ipsos Portionarios aut eorum „ loca-tenentes ante hujusmodi concessionem per- „ cipi solitis & consuetis , ipsis Portionariis & „ eorum loca-tenentibus salvis. Reliqua verò „ jura , sive in tortitiis , aliis cereis , pelli- „ bus , legatis , donatis aut aliis juribus con-

„ sistant

Anno 1479. „ sistant ; dictarum nostre beate Marie & sanc-
„ te Walburgis Ecclesiarum hujusmodi fabricis ;
„ prout & quemadmodum in quadam littera
„ Opidi desuper conscripta ac sigillo ejusdem
„ Opidi sigillata, nec non cedula laudi & arbi-
„ tramenti ipsorum Drum Burgimagistrorum &
„ Legislatorum dicti oppidi desuper factorum
„ & pronuntiatorum hujusmodi sub tenore.

„ WY BURGHEMEESTEREN, Schepenen „ ende Raede van der Stadt van Antwerpen „ doen te wetene allen den ghenen, die desen „ onsen teghenwoordighen letteren ghetoont sullen „ worden ; dat op alsulcken questien ende ge- „ schillen, als onlancx gheleden opghestaen ende „ ghereсen sijn tusschen den Meesters van der „ fabrycken van onser Vrouwen Kercke van „ Antwerpen ter eenre, ende den Meesters van „ den fabrycke van den Borchkercken ter andere „ zyden, toekomende alleenlyck van der sepul- „ turen van den selven Borchkercken ende Kerck- „ hove aldaer, by den eerweirdighe heeren den „ Deken ende den anderen Heeren van der Ca- „ pittelen van der voors. onser liever Vrouwen „ kercke ; ter ootmoedigher beden van den pro- „ chianen van der voors. Borchkercken liberalyck „ geconsenteert ende verleent : ende daer af de „ voors. partyen in beyden zyden hen geheelick „ ende al in Ons ghekeert ende ghesubmitteert „ hebben ende gheloeft tot eeuwighen daghen goet, „ vast ende ghestendich ende van weerden te hou- „ dene, soe wes by ons op de voors. heure ghe- „ schille ; ende des daer aen cleven mach, wtghe- „ sproken ende minlic ghearbitreert soude wor- „ den.

„ Wy met goeder ryper deliberatien van raede ; „ naer dat de voors. partyen in beyder syden, in alle „ t'ghene des sy, om tot heure meyninghe te co- „ men, segghen ende allegeren wouden, ghehoort

„ waren

„ *waren op ter voorg. partyen questien ende ge-* Anno
„ *schillen, ende al des daer aen cleven mach,* 1479.
„ *ons minlycke wtsprake en arbitrael segghen,*
„ *geseyt, wtgesproken ende gearbitreert hebben,*
„ *segghen wtspreken ende arbitreren; om dat*
„ *van nu voortaene by den voors. Meesters van*
„ *den voors. twee fabrycken, nu wesende ende die*
„ *by tyden wesen sullen, onverbrekelyck onderhou-*
„ *den te wordene, ghelyck hier naer volgt ende*
„ *ghescreven staet.*

„ *IN DEN IERSTEN, want de Deken en-*
„ *de Capittel van onser liever Vrouwen kercke*
„ *t'Antwerpen der voors. kercken in de Borcht*
„ *liberalick ghewillecoert ende geconsenteert hebben*
„ *een* Vonte *des doopsels,* *een* Kerck-hof *ende*
„ t'heylich Olisel, *dat om alle vrientschap tus-*
„ *schen de voors. kercken te voedene ende de*
„ *voors. geschillen ende inconvenientien, dier wt*
„ *spruyten mochten, te schouwene ende te ver-*
„ *huedene, de fabrycke van onser liever Vrou-*
„ *wen kercke voors. hebben sal d'een helft van*
„ *den tortysen, stallichten, wassche pellen, en-*
„ *de daer toe de helft van alle t'ghene des der*
„ *kercken van der Borcht voors. ghegunt ende*
„ *ghegheven sal moghen worden, alleenlyck*
„ *ter saken van der sepulturen aldaer: ende de*
„ *voors. kercke van der Borcht sal hebben ende*
„ *behouden d'ander helft.*

„ *Item dat desghelycks de fabrycke van onser*
„ *Vrouwen kercke voors. noch hebben sal t'der-*
„ *den deel van den cleederen ende cleynheden,*
„ *van Pater-nosteren ende riemen; ende dat ghe-*
„ *lycken, die de voors. Borchkercke van eeni-*
„ *ghen persoonen in testamente ghegheven selen*
„ *moeghen worden; ende de voors. kercke van*
„ *der Borcht d'andere twee derden deelen daer*
„ *af.*

„ *Item dat de voors. fabrycke van der Borch-*

Anno 1479. „*kercke alleene hebben ende behouden sal t' ghe-*
„*ne des anderssins der selver fabrycke gheghe-*
„*ven oft ghemaeckt sal worden.*

„*Ende oft in desen namaels eenighe gescillen,*
„*oft onghelycke verstanteniſſen ghebeurden, die*
„*behouden de voorschreven Borghemeesteren ende*
„*Schepenen tot henwaerts, om hair verclaren*
„*daer af te doene in tyden ende wylen, na in-*
„*houde der submiſſien voors.*

28. may 1477 „*Dit ghesciede ende waert aldus wtghesproken*
„*den acht-en-twintigsten dach van meye in't*
„*jaer ons Heeren, duysent vier hondert ende se-*
„*ven-en-t'seventich.*

„*Ende des t'oorconden hebben wy Borghe-*
„*meesteren, Schepenen ende Raede voors. der*
„*voors. Stadt zeghele ter saken aen desen lette-*
„*ren doen hanghen den thienden dach van meerte*
„*anno seven-en-t'seventich voors. na constume*
10. meert 1478. „*van schryvene S'hoofs van Camerycke. Ende*
„*geteekent J. de Bosſ* continetur, cedant &
„ eveniant.

„ Ordinantes quod deinceps Magiſtri fabrice
„ ſive rectores dicte Eccleſie Caſtri, que per
„ hujuſmodi conceſſionem certa de bonis & emo-
„ lumentis fabrice eccleſie noſtre beate Marie
„ obvenientibus commoda & lucra aſſequetur
„ & habebit; de cetero adinſtar rectorum
„ fabrice noſtre eccleſie beate Marie de eorum
„ adminiſtratione, receptione, expoſitione & ex-
„ ercitio in certis ad hoc deputandis loco &
„ diebus coram nobis & Legiſlatoribus opidi
„ predicti, aut noſtris & eorum ad hoc depu-
„ tandis quolibet anno ſemel computum, ratio-
„ nem & reliqua facere teneantur.

„ Volentes etiam, quod nulle exequiarum fu-
„ nerum, in dicta parochia Caſtri decedentium;
„ redemptiones fiant ſine noſtro expreſſo con-
„ ſenſu. Ac quod deinceps cuſtos dicte eccleſie

„ Caſtri

„ Castri quoad collectiones denariorum bis in anno Anno
„ colligi solitorum limites sue parochie Castri 1479.
„ non excedat : sed tam ipse quàm etiam nostre Ecclesie custodes in suis limitibus contenti manebunt & illos non excedent. Et nichilominus acceptamus pro nostre ecclesie custodibus in subsidium & relevamen laborum & onerum quoad pulsationem in nostra ecclesia fiendam, unam prebendam sancti Spiritûs, prout alii illam recipientes habere sunt consueti, per ipsius ecclesie Castri rectores de consensu dominorum Legislatorum opidi & communitatis parochie Castri predictos oblatam & promissam.

„ Protestamur etiam, quod per premissa nolumus nec intendimus nostro in aliquo prejudicare Plebano, quominus ipse per se vel alium in exequiis & aliis exercitiis parochialibus, per ipsum in nostra ecclesia fieri solitis & consuetis, liberè & licitè in prefata ecclesia Castri jure suo plebanali uti & exercere poterit, perinde ac, si hujusmodi exercitia in nostra ecclesia celebrarentur.

„ Et insuper Pulsatoris & Rogatricum in dicta parochia institutionem & destitutionem; nec non dubii, si quod in hujusmodi nostre cedule dictionibus aut vocabulis exponendis, in quantum nostra jura parochialia hujusmodi concessorum Sacramentorum; aut institutionem, destitutionem Vicarii aut aliorum officialium nos & nostros successores concernant, occurrat, interpretationem, expositionem & declarationem, nec non moderationem salarii & laboris inter nostre prefate beate Marie & sancte Walburgis Castri ecclesiarum custodes, per nos, ut expedire videbitur, imposterum fiendas, nobis & nostris successoribus reservamus.

Anno 1479. ,, Et quia in hujusmodi nostris concessione ,, & consensus adhibitione novitas quedam attemptatur & inducitur, que plerumque discordiam parit & inducit, cui quantùm in ,, nobis est obviare cupimus, volumus statuimus & ordinamus, quod si huic nostre concessioni per Portionarios, aut per nos deputandos seu deputandum, quoad administrationem hujusmodi presentialiter concessorum sacramentorum, Vicarios aut Vicarium in toto ,, vel in parte contraveniatur, ex tunc eo ipso ,, per nos facte institutio & deputatio, quoad ,, exercitium administrationum hujusmodi noviter concessorum sacramentorum, nullius sint ,, roboris aut momenti, perinde ac si per nos ,, facte non essent; nobisque ex tunc alium ,, vel alios ad hujusmodi exercitii administrationem etiam ad nutum removibiles instituere ,, licebit, petentes desuper instrumentum & instrumenta.

,, Que quidem cedula ipsis *Johanni van der Biest* & *Johanni Walteri* scabinis, & *Egidio de Palude* secretario, opidi pretacti deputatis, ,, & Magistris *Wilhelmo van der Heyden* & ,, *Arnoldo de Alcmaria* Rectoribus prefatis prelecta & ad plenum exposita, iidem Rectores ,, & deputati hujusmodi consensum, modo & ,, formâ premissis & preinsertis prestitum, cum ,, omni gratiarum actione acceptantes tam pretactam prebendam seu portionem sancti Spiritûs, custodibus ecclesie nostre, ut premittitur, ,, in subsidium laboris pulsus promissam, satisfacere; nec non preinserta omnia & singula ,, in toto & in qualibet parte effectualiter adimplere & intertenere; & non per se vel ,, alium seu alios publicè vel occultè, directè ,, vel indirectè, quovis quesito ingenio seu colore, contravenire, dicere aut facere,

,, aut

„ aut illorum progressum impedire, pro se & „ suis successoribus promiserunt & convene- „ runt sub expressa ypotheca, & obligatione om- „ nium & singulorum dicte fabrice ecclesie Castri „ bonorum mobilium & immobilium, presentium „ & futurorum, ac sub omnis juris & facti re- „ nunciatione ad hec necessaria & cauthe- „ la. Anno 1479.

„ In quorum omnium & singulorum fidem & „ testimonium premissorum tam prefati Domini „ Decanus & Capitulum, quam deputati & „ Rectores prescripti, presentes litteras seu pre- „ presens publicum instrumentum exinde per „ me Notarium publicum infrascriptum fieri, „ confici, subscribi & signari petierunt, sigillis- „ que communibus tam ipsorum Dominorum „ Decani & Capituli quàm venerabilium & dis- „ cretorum virorum Dominorum Opidi Antwer- „ piensis, ob carentiam sigilli proprii dicte fa- „ brice ecclesie Castri, appensione muniri man- „ dârunt, petierunt & requisierunt.

„ Acta fuerunt hec Antwerpie Cameracensis dio- „ cesis in ecclesia & loco capitulari prefatis sub an- „ no, indictione, mense, die & pontificatu pre- „ scriptis, presentibus ibidem discretis viris Dno „ Cornelio Cams presbytero Capellano ac Gerar- „ do Boyst virgifero dicte Ecclesie Antwerpiensis „ clericis sepè dicto cameracensis diocesis testibus „ ad hoc vocatis sic subscriptis.

„ Et Ego Henricus de Haesdonck ... publi- „ cus apostolica & imperiali auctoritate Notarius, „ quia premissis omnibus ... interfui ... presen- „ tes litteras ... confici ... signoque & nomi- „ ne solitis ... signavi ...".

Vidi Copiam volantem harum litterarum inter scedas FF. Prædicatorum, cui subscripta erant hæc:

„ Sequebantur autem littere, in quibus redi-

 „ mitur

Anno 1479.

„ mitur ob difficultates prebenda mense S. Spiritûs pro custodibus B. Marie, de qua in premissis litteris."

Decanus S. Gummari executioni mandat Bullam pro S. Walburgis.

Cum Parochiani spem vidissent obtinendi Capituli consensum, curaverant, ut tempestivè adesset Commissarius Pontificius, qui obtento consensu mox bullam pontificiam executioni mandaret. Adderat autem mox Decanus S. Gummari Liræ, qui rem aggressus est, & quarto post latum per Capitulum consensum die perfecit: Litteræque desuper confectæ sunt, quas ex originali subjungo.

Processus ejus desuper.

Ex Archivis Capituli.

„ In nomine Dimini Amen. PETRUS „ DE VOS Decanus & Canonicus sancti Gom„ mari Opidi Lirensis Cameracensis Dioecesis „ judex, executor & Comissarius ad infrascrip„ ta... à Sede apostolica specialiter deputatus „ universis... salutem in Domino...

„ Litteras sanctissimi... SIXTI.. Pape quar„ ti... Nobis pro parte... universorum Par„ rochianorum Parrochialis ecclesie S. Walburgis „ Castri Opidi Antwerpiensis... principalium „ in ipsis infrascriptis Litteris apostolicis, prin„ cipaliter nominatorum coram Notario... pre„ sentatas... recepimus hujusmodi sub teno„ re.

„ SIXTUS Episcopus" &c. *ut supra refe„ runtur ad an. 1477. pag. 71.*

„ Post quarum litterarum... receptionem... „ fuimus per ven. Viros *Walterum Ghys* ac „ *Jacobum Cole* scabinos & *Reynerum Boydens* „ secretarium Opidi Antwerpiensis, nec non „ Magistrum *Willelmum van der Heyden* & „ *Arnoldum de Alcmaria* rectores sive Mam„ burnos fabrice dicte Ecclesie S. Walburgis „ Castri Opidi Antwerpiensis... tum ex parte „ ven... Virorum BURGIMAGISTRORUM & SCA„ BINORUM nec non universitatis Parrochiano-

„ rum

„ rum dicte Ecclesie ... ad infrascripta specia- Anno
„ liter commissos ... requisiti , quatenùs ad 1479.
„ preinsertarum litterarum ... executionem ...
„ procedere dignaremur ...

„ Nos igitur PETRUS Decanus judex ... vo-
„ catis primitùs ... qui fuerint evocandi ...
„ conditionibus infrascriptis salvis , de ... cita-
„ torum consensu ... & instantia ... nobis
„ sufficienter constito ... statuentes auctoritate pre-
„ fata & de scitu , scientia & consensu similiter
„ predictorum deputatorum.

„ Quod pueri , qui pro tempore nascentur
„ infrà limites Parrochie dicte Ecclesie S. Walbur-
„ gis , deceterò in dicto fonte baptizari & in ea-
„ dem ecclesia S. Walburgis & apud eam per
„ Nos , ut premittitur , ordinato cimiterio pre-
„ dicto decedentium Parochianorum ... pro tem-
„ pore corpora ecclesiastice sepulture tradi , &
„ extreme unctionis Sacramentum in eadem Ec-
„ clesia S. Walburgis conservari & infirmis mi-
„ nistrari per ejusdem Ecclesie S. Walburgis
„ Portionarios seu eorum quemlibet , si ad hoc ,
„ ut infra notatur , per prefatos Dnos Deca-
„ num & Capitulum Ecclesie B. Marie deputen-
„ tur , alioquin per aliquem presbyterum ydo-
„ neum per eosdem Dnos Decanum & Capitu-
„ lum pro tempore deputandum & pro solo
„ eorum nutu ammovibilem , liberè & licitè
„ valeant , possint & debeant.

„ Nec non emolumenta , legata & donata ,
„ que ex hujusmodi sepulturis , anniversariis ,
„ tricenariis & septenariis & aliis celebrandis
„ officiis pro eisdem , quorum corpora inibi
„ sepelientur , & sacramentorum ministratione ,
„ ac Christi fidelium largitionibus & legatis , que
„ dicte Ecclesie S. Walburgis fieri continget per
„ illos , quorum corpora apud ipsam ecclesiam
„ S. Walburgis aut preordinatum apud eam ci-

 „ mite-

Anno 1479. „miterium, sepelientur, prout & quemad-
„modum in quadam infrascripta... Burgima-
„gistrorum... laudi & arbitramenti littera...
„continetur & habetur, tam B. Marie quàm
„S. Walburgis Ecclesiarum... fabricis cedere
„& applicari debeant & teneantur.

„Constitutionibus & ordinationibus apostolicis,
„ceterisque contrariis, ac illis, que prefatus SS.
„Dnus noster Papa in suis litteris voluit non ob-
„stare, non obstantibus quibuscumque, inter-
„que ipsorum Dnorum Decani & Capituli ac
„Plebani fabrice prefate Ecclesie B. Marie Ant-
„werpiensis, singulisque conditionibus & ordina-
„tionibus infrà specificatis & ad longum ex-
„pressis semper salvis.

„Que omnia... vobis omnibus... ordina-
„mus... per presentes... Tenor verò littera-
„rum... Capituli... nec non... Arbitramen-
„ti... Burgimagistrorum... sequitur & est
„talis.

„IN NOMINE" &c. *ut supra ad hunc*
„*annum pag.* 77.

„Et ego Henricus de Haesdonc... Nota-
„rius...

„In quorum omnium & singulorum fidem...
„Datum & actum Antwerpie... in.. Ecclesia
„B. Marie Antwerpiensi sub anno à nativitate
„Domini millesimo quadringentesimo septuage-
„simo octavo... mensis martii die decima
„tertia (*id est stylo hodierno* 1479.) Pontifica-
„tùs... SIXTI... Pape prefati anno septimo.
„Presentibus... testibus...

„Et ego Henricus de Haesdonc... Nota-
„rius...

Sic itaque ecclesia S. Walburgis tandem obti-
nuit omnia parochialia insignia, & appa-
renter non diu post hæc cessavit ecclesia ista regi
per duos Portionarios, & non nisi per unicum
Pasto-

Pastorem dirigi. Interim subjungo Pastores illius Ecclesiæ, quos assequi potui. Anno 1479.

Pastores S. Walburgis.

Gregorius Robyns erat Pastor 1577. obiit 1589.

Joannes Peetermans obiit 1601.

Franciscus Hovius S. T. L. obiit 1633.

Emanuel Josephus Badalarco de Barsena Antverpiensis S. T. B. F. obiit 1650.

Jacobus Schorens Antverpiensis obiit 1669.

Gysbertus de Moor obiit 1679.

Joannes Carolus Huens Lovaniensis obiit 1709.

Henricus Verspecht Ascanus S. T. L. obiit 1715.

Joannes Walterus Eelkens Antverpiensis, factus Plebanus pacificus in Cathedrali anno 1724.

Petrus Molemaker ex Wortel obiit 1733.

Petrus Mertens Antverpiensis obiit 1751.

R. D. Joannes Antonius Gallè Antverpiensis.

Quinque Parochiæ Antverpiæ.

Quinque itaque jam erant completæ Parochiæ Antverpiæ. 1. Matrix, quæ sub se tenebat mediam civitatis partem. S. Walburgis partem septentrionalem, S. Jacobi orientalem, S. Georgii partem meridionalem cum meridionali Suburbio, & S. Willibrordi, quæ sub se habebat Suburbium orientale & septentrionale.

Antiqua Confraternitas B. M. in Eccle. Matrice.

Supra ad annum 1399. vidimus mentionem factam Gildæ seu Confraternitatis B. MARIÆ post Chorum in ecclesia matrice, ejusque Confratres vices suas habuisse ad portandam in Processione publica Statuam ejusdem Virginis. Inde colligere datur Confraternitatem illam tunc novam non fuisse, sed multo tempore ante substitisse. Subsistebat autem hæc Confraternitas usque in hæc tempora sub titulo *Salve Regina* & perseveravit deinceps multo tempore, ut infra patebit ad an. 1511.

Non

Anno 1479. Non obstante existentia hujus Confraternitatis, alia Confraternitas B. MARIÆ hoc anno in eadem ecclesia instituta est sub titulo *Laudum B. Mariæ*, quæ continuatâ serie usque in hodiernum diem in summo splendore perseverat.

Nova instituitur. Cum enim pars septentrionalis anterioris Ecclesiæ completa esset usque ad crucem, primarius locus in ea destinatus est peculiari cultui B. MARIÆ Patronæ Ecclesiæ & Civitatis, locusque dictus est *Chorus B. Mariæ*. Cives autem, quorum pietate restauratio & dilatatio illius Ecclesiæ eousque producta erat & adhuc producebatur, cultum B. MARIÆ proportionaliter ampliare volentes, de consensu Decani & Capituli Gildam seu Confraternitatem instituerunt, cujus Confratres cultum ejus & laudes in prædicto loco procurarent.

Fundator & primus magister. Confraternitas hæc adservat annuos computus factos per magistros ejusdem ab hoc tempore usque in hodiernum diem: adservat & Registrum hoc tempore inchoatum, in quo scripta sunt nomina Benefactorum. In ejus capite legitur primus hujus Confraternitatis institutor hoc modo: *Jan Tiegelere primo fondator.* dein primus qui servivit tamquam magister: *Lauwereys van Swarvelt ierſten Meeſter ende Regeerder deſer Love.* Huic autem brevî adjuncti sunt tres alii, qui simul Statuta Confraternitatis conscripserunt, & eorum approbationem à Capitulo obtinuerunt post sex annos, ut infrà dicetur.

Unde dicti *Lof-meesters.* Primùm autem Confraternitas hæc in honorem B. MARIÆ cœpit procurare quotidianas Laudes vespertinas, quæ primâ vice celebratæ sunt 12. februarii anno hoc 1479. stylo hodierno, quas sub organorum pulsu canebant Phonascus cum omnibus Choraulis & quatuor cantoribus præcedente honorabili campanarum pulsu.

su. Ab his Laudibus primò procuratis Magistri hujus Confraternitatis dicti sunt dicunturque hodiedum *Lof-meesters van O. L. V.* Anno 1479.

Laudes istæ vespertinæ procurantur à dicta Confraternitate quotidie usque in hodiernum diem : diebus autem sabbatinis celebrantur cum expositione VENERABILIS ; à quo autem tempore non liquet. D. Paquot *mem. litt. tom. XIV. pag.* 424. *not.* 2. asserit usum exponendi VENERABILE in Laudibus vespertinis tantùm cœpisse à sesquiseculo : sed asserti sui nullum adfert fundamentum. Missam solemnem diebus Sabbatinis cœperunt procurare 25. janu. 1592. Expositio *venerabilis* in Laudibus.

Cum autem institutio hæc placeret, primarii de Clero & populo contribuerunt ad fundandas has quotidianas Laudes in perpetuum. Unde hunc in finem Confraternitas anno 1482. 25. octobris emit ad onus fabricæ reditum annuum irredimibilem 20. Lib. Brab., qui anno 1485. auctus est ad 22. Lib.; sicque perseverârunt Laudes hæ celebrari usque in hodiernum diem. Asservat Confraternitas nomina eorum, qui ad hanc fundationem contribuerunt, inter quos *Jacobus de rotundo-monte* filius Ludovici Ducis Sabaudiæ, factus per MAXIMILIANUM Eques aurei velleris & primarius Consiliarius Philippi filii ejus ; *Joannes de Hennin* Dominus de Bossut Eques aurei velleris ; *Guido de Rochefort* Consiliarius MAXIMILIANI dein Cancellarius Regni Galliæ, & alii plures qualificati. Fundantur laudes quotidianæ.

Pietatem hanc ergà cultum B. Mariæ imitati sunt Gandenses, qui similiter anno 1502. fundârunt Laudes B. Mariæ V., musico concentu celebrandas quotidiè in ecclesia S. Joannis Baptistæ, quæ nunc est Divi Bavonis. Ita refertur apud Sanderum *Fland. Illust. tom. I. lib. III. pag.* 158. Similiter Gandavi.

Adser-

Anno 1479. Adservat Confraternitas etiam nomina eorum, qui contribuerunt hoc eodem tempore ad occludendum locum hunc, & circumcingendum æneis columnis cum artificiosis sedilibus, quod etiam factum est anno 1482. ad magnitudinem, quam hodie videmus. Inter illos etiam nominantur plures Aulici MAXIMILIANI. Altare autem in eâ consecratum fuisse eodem anno 1482. per Episcopum Dagnensem, refert Papebrochius. *Annal. MSS.*

Circumcingitur Capella.

Approbantur statuta Confraternitatis.

Cum Capella & Confraternitas jam essent in prospero statu, & proficeret quotidiè Cultus B. M., Confratres non contenti, quod cœpissent cum consensu Capituli, desiderabant confirmationem Statutorum Confraternitatis, ut vel sic firmiùs staret. Obtinuerunt autem eam anno 1485. per Litteras authenticas, quibus Statuta vernaculè conscripta inserta sunt. Illas subjungo communicatas ex Registro Confraternitatis.

Per Decanum & Capitulum

„ UNIVERSIS & singulis presentes Litteras, „ inspecturis, visuris & audituris DECANUS & „ CAPITULUM Ecclesie Collegiate beate Ma„ rie Antwerpiensis Cameracensis dyocesis salu„ tem in Domino & presentibus fidem indubiam „ adhibere.

„ Congaudentes exultemus in Domino, cum „ illius dirigente clementiâ, qui super gentes „ in altis habitat, ac humilia in celo & in „ terra respicit oculo pietatis, mentes fide„ lium adeò divini amoris ac fervoris igne suc„ censas conspicimus; in fidelibus devotionis „ & caritatis operibus se exercent, per que „ multorum crescit devotio, cultus augmenta„ tur divinus, pax optate transquilitatis & „ Christi fidelium defunctorum ac viventium „ animarum salus atque prosperitas, lausque „ Domini nostri Jesu Christi ejusque gloriosissime „ Virginis & matris Marie salubriter procuratur.

„ Dudum

„Dudum siquidem nonnullorum proborum Anno
„virorum, oppidi Antwerpiensis Incolarum, 1479.
„supplicationibus ac aliis piis respectibus moti,
„ad laudem & honorem Omnipotentis Dei
„ejusque gloriosissime Matris & Virginis Marie
„singulis diebus de serò Laudes ejusdem glorio-
„sissime Virginis MARIE in dicta nostra Eccle-
„sia in Choro ac ante Ymaginem ejusdem
„Virginis MARIE perpetuis futuris temporibus
„decenter cum pulsu, cantu & organis solem-
„nibus fieri & decenter celebrari statuimus &
„decrevimus. Confraternitatem quoque inibi bea-
„te Marie Virginis instituimus & ereximus,
„aliaque & alia fecimus, voluimus, ordina-
„vimus & consensimus, prout & quemadmo-
„dum in quadam papiri cedula desuper in lin-
„guâ vulgari conscriptâ ac infrà inscriptâ conti-
„netur & habetur, cujus cedule tenor de ver-
„bo ad verbum sequitur & est talis.

„*IN'T JAER ons Heeren duysent vier hon-* Statuta Confraternitatis.
„*dert aght en seventig den twelfflen dagh in Februa-*
„*rio soe waert begrepen, geordineert ende ingeset*
„*alhier t' Antwerpen een* Bruerschap van onser
„lieven Vrouwen: *ende voort meer eeuwelyck*
„*gedeurende gedaen ende onderhouden te worden,*
„*op die conditien, voorwaerden, vuegen ende*
„*manieren hier naer volgende, den Loff van*
„*onser liever Vrouwen in der selver onser liever*
„*Vrouwen Kerke albier by* Laureyse van Swaer-
„velde, Thielmane Palm, Hendrick Vosyager
„*ende* Laureyse Oskin *als* Meesters *van den voer-*
„*seyden* Bruerschap *in onser liever Vrouwen Capel-*
„*le. Ende dat by consente ende goedt-duncken*
„*van den eerwerdigen Heeren* Deken *ende*
„Capittele *van der selver Kercke.*

„*IERST is geordineert, dat men den selven* Laudes quotidianæ.
„loff *alle avende doen sal wel eerwerdelyck ende*
„*manierlyck in schoonen discante metten Chorael-*
„*meester,*

Anno 1479.

" meester, met vier Sangers, met al de Choralen, met oock den grooten Orgelen ende met eenen Pryster, die de Collecten singen sal, ende ierst met schoonen geluyde daer toe luyden ende beyaerden.

Pulsantis campanas onera & merces.

" ITEM den Luyder, die tot Love luyden sal, sal gehouden sijn alle avende, voir 't aenheffen van den Love, een half ure te voren heerlyck ende feestelyck te luydene metten grooten clocken Maria ende met vyff andere cleynen clocken twee groote poosen altyt, oft waer op 't Hoogtyt van Kersavont: ende alsoo twee groote poosen geluyt synde sal die Beyaerder tusschen elcke poose een weyle feestelyck beyaerden. Ende daer en 't eynde, sal de Luydere een schelle (trecken) in teeken, dat te volle geluyt is. Ende als 't Loff gedaen sal sijn, sal de Luyder negemael cleppen ave Maria. Ende hier voire sal de selve Luydere hebben alle jaeren twee pont groot Brabants voor sijnen dienst, ende die Beyaerdere voor den sijnen dertigh schellingen grt brabants. Wel voorsien oft sy in desen dienst 't eenigen tyden gebreckelyck bevonden worden, dat de gebreckelyke t' elcke maele in mindernisse sijns loons in dien gevalle verbeuren sal eenen pot ryns wyns tot behoeff der voorseyder Capelle ende desen Love; ten waere dat by den Meesters van den selve Broederscappe nootsake thoende, ben genoeg dancken de t' sijnre onschult.

Organistæ onera & merces.

" ITEM de Organiste sal gehouden sijn alle avende, als 't voors. schelleken verlaeten is, een goede poose te spelene op te groote orgelen, al eer men den Loff beginnen sal ende voirtane tot alle veersen, soo daer toe behoiren sal: ende insgelyckx, als 't Loff gedaen is, sal hy weder een wyle spelen, gelyck ten beginne. Ende sal hebben voor desen sijnen aerbeyt drie

" pont

„ *pont groote brab. alle jaer ; ende de* Blaser *,* Anno 1479.
„ *die hem blasen sal , s'jaers twintig schellingen*
„ *groot brab. : des sal de selve Blaser gehouden*
„ *sijn in goet tydts te comen , soo dat emmers*
„ *by hem geen gebreck en valle. Ende oft eenig*
„ *van hen daer in gebreckelyck bevonden worde ,*
„ *dat die t' elcken mael in mindernissen sijns loons*
„ *verbeuren sal eenen pot ryns wyns , gelyck bo-*
„ *ven.*

„ *ITEM soo sullen gebonden sijn den* Sang- Phonasci onera & merces.
„ meester *ende alle die Choralen desen Loff te*
„ *comen singen metten vier* sangers *hier naer ge-*
„ *noemt , naer den verlatenen van den voirs.*
„ *schelleken , feestelyck in goeden scoonen discante naer*
„ *heur beste : daer voer die voirs. Sangmeester hebben*
„ *sal s' jaers drie pont grt brab. ende die voirs.*
„ *Choralen , om in haer tabbaers voeyerlaken*
„ *te coopene , in gelde te samen twee pont groot brab.*
„ *s' jaers : ende oft in desen t' eenigen tyde gebreck*
„ *gebeurde , dat de Sangmeester* (daer niet en
„ waere , hy) *verbueren soude t' elcken male een*
„ *gelte ryns wyns , ende de choralen eenen pot*
„ *ryns wyns , sy en toonde noossake , gelijck*
„ *boven.*

„ *ITEM de vier* Sangers , *daer boven af* Cantorum onera & merces.
„ *geruert wort , selen alle weken van nieuws*
„ *hier toe gecoiren ende geset worden by den*
„ *Canter van onser liever Vrouwen kercke of by*
„ *eenigen van den Heeren Canoniken daer toe*
„ *gedeputeert in de absentie van den voirs. Can-*
„ *tere ; ende selen die gebouden sijn goets tyts*
„ *daer te sijne ende metten anderen desen Loff*
„ *te helpen singen : ende selen de selve daer*
„ *voer hebben alle avenden elck een loot weert*
„ *wesende eenen grooten brab. , gedragende s' jaers*
„ *dat samen ses pont groot brab. Ende die van*
„ *hen hier in gebreckelyck vallen , selen bo-*
„ *ven 't verlies van den loode verbeuren t' elc-*
„ *ken*

Anno 1479. „ *ken make eenen pot ryns wyns , gelyck bo-*
„ *ven.*

Capellani onera & merces.

„ *ITEM die* Priester , *die de Heeren van* „ *den Capittelen totten singene van den Collecten* „ *ordineren selen , sal gehouden sijn alle aven-* „ *den ten aenbeginne van den Love daer te sijne* „ *ende hem te kleedene met eenen overocke ende* „ *met eender Coorcappen nae den tyt , ende sin-* „ *gen die collecten. Ende als den Loff geson-* „ *gen is , sal hy lesen den Salm* De profundis „ *metten collecten daer toe behoirende vore de* „ *Brueders ende Susteren zielen van desen Bruer-* „ *schap , ende sal dan den volcke in't gemeyn* „ *Wywater werpen ; ende hier voir sal die sel-* „ *ve prister hebben alle jaere dertig schell. groot* „ *brabants : ende alsoo dicke als hy hier inne ge-* „ *breckelyck valt , sal hy verheuren een gelte ryns* „ *wyns , gelyck boven.*

Censoris onera & merces.

„ *ITEM tot meerder sekerheyt van desen* „ *t' onderhoudene is gejont der* kosters *van onser* „ *lieven Vrouwen elck s' jaers thien schellingen gr.* „ *brab. , des selen sy gehouden sijn alle dese* „ *pointen gade te slaene ende daer op d' ooge te* „ *hebbene ende den Meesters van den Breurschap* „ *getrouwelyck alle avende by te bringene de ge-* „ *ne , die in heuren dienst oft werck gefaillert* „ *hebben ende gebreckelyck geweest sijn , sonder* „ *daer mede in eeniger wys te simuleren. Ende of* „ *van heuren syde daer gebreck inne bevonden wor-* „ *de , dat sy voor elcke reyse in dien gevalle* „ *verbeuren souden een gelte ryns wyns , sy en* „ *thoogden nootsaken , gelijck boven.*

Reditus acquisitus.

„ *ITEM soo hebben die Meesters van den* „ *Bruerschap voors. gecogt ende gecregen tegens* „ *Meester* Janne van der Beken *Tresorier ende* „ *eenen anderen* Canonck *van den voors. Kerc-* „ *ken daer toe gecommitteert van den Heeren* „ Deken *ende* kappittele *in't gemeyne , ende*

„ Tho-

„ Thomase van der Elst *ende* Jan Coelgenessem Anno
„ *Kerc-meesters van de selver onser Vrouwen* 1479.
„ *Kercke, op der selver onser liever Vrouwe*
„ *Kercke ende op alle heur goeden, twee-en-*
„ *twintig ponden grooten Bra. erffelycken Ren-*
„ *ten niet ter quytinge staende; gelyck dat bly-*
„ *ken mag by eenen brieve daer aff voir Bor-*
„ *germeesters ende Schepenen der Stadt van*
„ *Antwerpen gepasseert sijnde.*

„ *ITEM soo wes hier aff rueren mach, ende* Dein acquirenda qualitet applicanda.
„ *wesmen boven d'onderhouden van den selven*
„ *dienst by den genen van den Bruerscap voirs.*
„ *sal connen verwerven oft verkrygen, dat se-*
„ *ten die meesters van den selven Bruederschap,*
„ *by rade ende advyse van den Heeren Deken*
„ *ende Capittele oft heuren gedeputeerden ende*
„ *van den gemeynen Bruederen ende Susteren,*
„ *bekeeren mogen aen reparatien van de voirs.*
„ *Capellen, aen Missen te funderen oft eenige*
„ *diensten in der selver Capellen vermeerderen,*
„ *oft totter fabrycken van onser lieve Vrouwen*
„ *Kercke, soe hen dat gelieven sal.*

„ *ITEM is ten voirs. tyden geconsenteert ende* Pulsus majoris campanæ.
„ *beliest geweest by Meester* Clausen de Scher-
„ mere, *doen ter tyt* Borgermeester, *ende*
„ *by den anderen* Heeren *van der* Stadt *voirs.*,
„ *dat men altoos ten vier Hoog-tyden s'jaers*
„ *ende op alle onser liever Vrouwen-dagen ende*
„ *andere gelijcken Hoog-tyden ten voirs. Love*
„ *luyden sal de groote Clocke geheeten* Gabriel
„ *by der Stadt-werck-lieden ende op der selver*
„ *Stadt cost.*

„ *ITEM is den voirs.* Breurschap *ooc ge-* Capellæ magnitudo & libertas.
„ *gunt, geconsenteert ende gegeven by den Hee-*
„ *ren* Deken *ende* Capittel *voirs., dat onser*
„ *liever Vrouwen Capelle alsoo lange blyven sal,*
„ *als sy nu in de lengde, wyden ende ander-*
„ *sints begrepen is ende nu ter tyt staet gestoelt*

Anno 1479.

„ ende gesloten met haeren latoenen pileren: ende „ dat oyck die Cnape oft oyck d'Jonck-wyff van „ der selver Capelle alle avende, een half ure „ voir den Loff, vuyter Capellen selen mogen „ doen gaen alle die gene, die geen Brueders „ oft Susters en sijn, ende die Capelle toesluyten, „ om die by den voirs. Heeren Deken ende „ Capittel, by den Kerck-meesters ende by dyen „ van den Bruerschap rustelyk ende vredelyck ge- „ bruyckt te mogen worden, die wyle den voirs. „ Loff gedueren sal.

Contributio ingredientium Fraternitatem.

„ ITEM soo wie in den voirs. Bruederschap „ van onser liever Vrouwen ende Love comen „ wille, die sal geven t'synen incomen den „ Meesters tot behoef van den Love ende ten „ onderhouden van den Capelle twintich schell. „ grt. brab. eens.

Item morientium.

„ ITEM als yemandt van den Breuderen oft „ Susteren sterven, soo selen die vrienden ge- „ houden sijn te betaelene acht schell. grooten „ brab. eens den voirs. Meesters; die mits dyen „ daer voer selen doen doen in der voirs. „ Capellen met sangers een schoon singende „ Misse van Requiem. Ende sullen de Meesters „ gehouden wesen de Brueders ende Susters te „ bidden daer over te offeren ende te bidden „ voir des doodden siele. Ende die Priester, die „ de Misse doet, sal oick gehouden sijn naer „ de Misse, aleer hy hem ontcleet, te lesene voir „ alle sielen de Psalme Miserere mei Deus ende „ De profundis met hennen Collecten, ende „ daer nae het Wy-water den Luyden te „ worpene. Ende wes daer dan overt boven die „ betaelinge van desen van den acht schellingen „ grooten voirs., dat sal der Capellen bly- „ ven.

Quoad sepulturam in Capella.

„ ITEM nyemant en sal in der voirseyder Ca- „ pelle eenige eygene Sarcken mogen leggen, noch

„ daer

„ daer op Marcken oft Wapenen stellen. Ende „ oft yemandt daer eenigen leggen woude, die „ soude voir alle die Brueders ende Susteren „ gemeyn sijn, om daer onder te mogen liggene, „ ende dat om sekere deughdelycke redenen den „ Heere Deken ende Capittelen daer toe porten„ de. Item soo wie in der voirs. Capelle sijn se„ pulture kiest, diens Vrienden moeten den Hee„ ren van den Capittele oorloff bidden van den „ sepulturen naer ouder constumen, behouden „ der Kercken heuren rechte ende der Capellen „ heuren constumen. Anno 1479.

„ ITEM selen de vier Meesters van desen „ Bruederschap, by tyden wesende, in goets tyts „ bidden den Deken ende Capittel, Burger„ meesters ende Schepenen ende voirts alle die „ Bruers ende Susters van den Bruerschap, dat sy „ des Maendaghs vroech naer onser liever Vrouwen „ dach Lichts-misse altyt comen in der voirs. Ca„ pellen ten Jaergetyden, om te comen offeren „ ende te bidden voor der dooden Sielen, ende „ voort des noenens te gaen metten Meesters ter „ Maeltyt: ende daer naer te hooren de Rekeninge „ van den handelingen ende administratien des „ Bruederschap ende den Loff voirs. Ende te „ helpen kiesen twee nyeuw Meesters uyt die „ voirs. Bruederschap, dat goede eerbare Man„ nen sijn Geestelyck oft Werelyck. Ende daer „ voiren selen de selve Meesters comen by den „ Heeren Deken ende Capittel voirs., om te „ hebbene heurlieden gedeputeerde, om over de „ voirs. Rekeninge ende keuse te sijne ende die „ te aenhoiren ende te sluyten. Anniversarium, convivium & electio magistrorum.

„ ITEM de toekomende Meesters selen elck by „ heuren tyt drie oft vier daigen voir onser lie„ ver Vrouwen dach Lichtmisse in geschrifte „ setten ende die overgeven den Prochiaen t'on„ ser Vrouwen met namen ende toenamen, om Denuntiatio electionis & anniversarii.

 „ opter

Anno 1479.

„ apter onser liever Vrouwen dach Lichtemisse
„ op ten Stoel den volcke daer voir te doen bidden.
„ Insgelycx selen sy alsdan den selven Prochiaen doen
„ kundighen, dat men des maendaghs daer naer
„ t' voirs. jaergetyde in de voirs. Capelle doen
„ sal met eender singende Misse van Requiem
„ met Diaken en Subdiaken. Ende dat naer den dienst
„ de Brueders ende Susters comen s' noenens tot den
„ outsten Meesters huyse oft ter anderen geordi-
„ neerden plaetsen ter maeltyt, aenhoiren daer-
„ na de Rekeninge ende twee nyeuwe Meesters
„ te kiesen. Ende hier voire sal men den selven
„ Prochiaen jaerlycx geven drie schell. grt.
„ brab.

Honoraria celebrantium anniversarium.

„ ITEM soo salmen geven den Priester die
„ op ten maendach de Misse singen sal, alle jae-
„ re twellif grooten brab. Item den Diaken ende
„ Subdiaken elck ses gro. brab. ende elcken San-
„ ger drie gro. brab. Item elcken choraelken
„ onderhalven gro. brab., ende de twee choraele,
„ die in der Misse de twee bernende tortysen
„ houden selen voir den Authaer elcken drie
„ gro. brab., ende den Cnape ende den jouck wyve
„ van den Capellen, voir dat sy die Heeren
„ ende de Bruederen ende Susters voirs. bidden,
„ elcken twellif grooten brab.

Convivium.

„ ITEM elck van den Brueders ende Susters
„ van desen Bruederschappe selen gehouden we-
„ sen op desen maendagh t' snoenens te doen hae-
„ lene Erweyten, op dat hun niet en geliest
„ ter maeltyt te comen; voir de welcke sy be-
„ taelen sullen, als voir heur jaercosten, drie
„ grooten brab.; maer dyen geliest ter maeltyt
„ te blyvene, selen betaelen voir heur maeltyt
„ ende wyne, t' elcken reysen twellif groot.
„ brab.

Electio Magistrorum.

„ ITEM alsdan de Rekeninge by den vier
„ Meesters gedaen sal syn soo selen de gedepu-

„ teerden

„ teerden van den Heeren van Capittelen voirs. „ metten Bruederen ende Susteren by der meeste „ vois oft stemme kiesen twee nyeuwe Meesters, „ dat goede mannen wesen sullen van den selven „ Bruerschap, geestelyck oft werelyck, in de stede „ van de tweeden die lancxt gedient hebben, „ de welcke mits dien affgaen sullen overleve- „ rende alle de boecken, gescriften, gelt, „ goet, renten ende andere dinghen, der voirs. „ Bruederschap ende Love toebehoirende. Anno 1479.

„ In quorum omnium & singulorum fidem „ & testimonium premissorum, quia ea, que „ ad laudem & honorem omnipotentis Dei ejus- „ que gloriosissime Matris & Virginis Marie, „ ac pro divini cultûs augmento fiunt, salu- „ briter ordinantur, perpetuisque desiderantur „ observari temporibus, deceat, imo potiùs ex- „ pediat, studiosiùs scripture ministerio commen- „ dare, ne post longum temporis lapsum obli- „ vionis nubilo per memorie labilitatem offusca- „ ta hominum depereant hujusmodi pia vota, „ presentes Litteras exinde fieri & per Nota- „ rium infrascriptum subscribi & publicari, „ nostrique sigilli, unà cum sigillo dicti Oppi- „ di Antverpiensis etiam appenso, jussimus & „ fecimus appensione muniri.

„ Dubium, si quod in premissis aut verbo- „ rum significationibus occurrerit seu emerserit, „ interpretandi & declarandi ac aliàs mutandi & „ ordinandi, prout necessarium fuerit, nobis „ ac nostris successoribus salvâ & reservatâ po- „ testate.

„ Datum & actum Antverpie in Ecclesiâ & „ loco nostris Capitulari prefatis sub anno à „ nativitate Domini millesimo quadringentesimo „ octuagesimo quinto... mensis septembris die- „ decimâ sextâ... presentibus... testibus... „ Et ego Henricus de Haesdonck... Notarius jura- „ tus... signavi..."

Anno 1479.

Privilegia hujus Confraternitatis.

Post obtentam hanc confirmationem cœperunt Confratres erigere sumptuosum Altare ac aliàs prædictam Capellam ornare. Et vel ideo, & ut Cultum B. M. magis magisque promoveret, cœpit Senatus Confraternitatem hanc fovere & Confratres eximere à personali servitio Civitatis. Petiverunt Privilegium hoc *Nicolaus van Reghtergem* & *Joannes van Dael* Confraternitatis Magistri (ideo verosimiliter prior à quibusdam Auctoribus refertur tamquam fundator hujus Confraternitatis) obtinueruntque 7. julii 1505. pro ducentis Confratribus. Privilegium hoc ob eamdem rationem auxit Senatus 10. decembris anno 1548. pro trecentis.

Cum autem Imperator anno 1551. juratis Civitatis Gildis privilegia concessisset, propter difficultates inde motas coactus fuit Senatus privilegium hujus Confraternitatis restringere 24. decembris 1552. ad centum quinquaginta personas. Non cessantibus autem adhuc difficultatibus MARIA Regina Hungariæ &c. Gubernatrix Belgii privilegium restrixit ad Centum Confratres, confirmavitque Privilegium hoc Confraternitati CAROLUS V. 20. octob. 1553. idemque approbavit & renovavit PHILIPPUS II. Hispaniarum Rex 27. novembris 1555. Anno autem 1715. CAROLUS VI. eidem Confraternitati ratificavit & confirmavit exemptionem non tantum à servitio Gildarum, sed etiam à servitio Opificiorum & à Vico-magisterio vulgò *Wykmeesterschap*. Et vel hinc pateat in quanto honore sit hæc Confraternitas, ad quam etiam non assumuntur nisi honorabilioris sortis cives.

Qualiter assumantur Confratres & Magistri.

Assumuntur Confratres per totam Confraternitatem ad hoc specialiter convocatam. Magistri quotannis è Confratribus eliguntur duo in præsentia Burgimagistri ex quatuor propositis per ma-

magistros servientes, idque post solemne Sacrum de Spiritu sancto, præcedente tùm pridie tùm ante missam solemnissimò campanarum pulsu. Anno 1479.

Eodem hoc anno in eodem Ecclesiæ latere septentrionali juxtà novum Baptisterium erectum est & dotatum Altare SS. Nominis JESU per *Hypolitum Tarracx* civem Antverpiensem cum conjuge *Barbara de Merendâ*. Hinc in illâ Ecclesia hoc anno septuagesimo nono 15. januarii festum illius Nominis celebrari cœpit. Ita notatur in *Chron. MS.* Interim constat Festum SS. Nominis Jesu illâ die hoc seculo in Ecclesia Antverpiensi, celebratum fuisse solemnissimo modo, Officio nempè ritu triplici, id est ut hodie loquimur, duplici 1. classis. Patet hoc ex Breviario Ecclesiæ Antverpiensis proprio, prelo excuso Venetiis anno 1496., perseveravitque Ecclesia Antverpiensis propriâ pietate festum istud celebrare etiam post assumptum Breviarium Romanum ritu duplici 2. clas. inter officia diœcesana, donec tandem Officium illud initio seculi XVIII. insertum est Breviario romano, in quo colitur Dominicâ secundâ post Epiphaniam sub eodem ritu. Capella SS. Nominis Jesu in B. M. Festum Nominis Jesu

Papebrochius autem *Annal. MSS. ad hunc annum* refert ex scabinalibus Litteris opulentam illorum fundationem, factam tùm ad hoc Altare, tùm in Choro, tùm ad mensam S. Spiritûs.

Fundatorum autem pictæ effigies expositæ videntur ante dictum Sacellum cum hoc Epitaphio. Fundatorum Epitaphium.

Hier rust den edele Joncker
Ypoel Vledinckx *alias* Tarracx,
ende sijne gesellinne Jouffrou
Barbara van Merenda.

Anno 1479.

Fundateur van de Capelle van den alderheylighsten soeten Naeme ons Salighmakers. Hy sterft den 4. december 1480. ende Sy 15. julii 1496.

Carmelitæ obtinere Conventum spectant.

Suprà ad annum seculi hujus octavum vidimus Fratres B. M. de Monte Carmelo Antverpiam venisse: perseverârunt autem usque in hæc tempora è Conventu Mechliniensi statutis temporibus huc & ad circumjacentes pagos adventare, statutis diebus confessiones audientes, verbum Dei prædicantes & alia divina peragentes, etiam in ipsa matrice Ecclesiâ. Domum habebant, in quam adventantes divertebant; sed ubinam sita fuerit domus hæc, non planè constat. Alii volunt eam sitam fuisse in *Huye-vetters-straet*, alii (ut indicatur in Registris loci) in *Schutters-hof-straet* juxtà hortos sagittariorum: horti autem sagittariorum hoc tempore siti erant in loco, ubi hodie eminens est ædificium dictum *Tapissiers-pandt*.

Favet ipsis MARIA Ducissa.

Hoc autem tandem tempore spes effulgebat obtinendi in hac civitate plenum conventum: MARIA enim Brabantiæ Ducissa & Marchio nostra Fratribus his piè affecta erat; imo hoc anno voto voverat dictis Fratribus suis sumptibus ædificare Monasterium in hac Civitate, si MAXIMILIANUS conjux è Bello contrà Francos, quod agebatur juxtà Teroanam, victor rediret. Ita notatur in Registris loci. MARIAM interim desiderasse erectionem hujus Conventûs videtur constare ex Litteris PHILIPPI filii scriptis ad Capitulum Antverpiense anno 1493. de quibus infrà. Rediit victor MAXIMILIANUS: unde Carmelitis dubium nullum, quin obtinerent dictam erectionem, cum jam haberent consensum Principis.

Deputant ad rem hanc promovendam.

Res hæc defertur ad Superiores Ordinis, qui indu-

indubiè primò cœperunt agere apud Pontificem, cum juxtà Bullam BONIFACII VIII. Fratribus mendicantium Ordinum non liceret novas domos ad inhabitandum acquirere sine speciali Pontificis licentiâ. Provincialis interim & Vicarius Generalis ad rem hanc in hac Civitate promovendam deputant *Joannem Aggherman* dictum *Cattendijck* S. T. D. Conventûs Mechliniensis religiosum, litterasque credentiales ei desuper dederunt. Hic pro erectione novi Conventûs in hac Civitate cum Senatu & populo cœpit agere, ut infra dicetur. Anno 1479.

Sorores Albæ petunt sepulturam, Eucharistiam & extremam unctionem.

Interim Sorores Albæ seu monasterii *S. Mariæ Magdalenæ*, quæ jam ab anno duodecimo præcedentis seculi hic fundatæ erant, quæque hactenùs non habebant cimiterium aut jus sepulturæ, nec asservabant Eucharistiam aut extremam unctionem (hæc eis hactenùs administrabantur per Plebanum B. M.) recurrunt hoc anno ad Capitulum supplicantes, quatenùs eis hæc privilegia concedere dignaretur, cum jam decentem Capellam erigere intenderent. Canonici autem considerantes eas hactenùs laudabiliter vixisse juxtà vocationis suæ statum, illis anno sequenti illa gratiosè concesserunt sub quibusdam conditionibus per Litteras desuper datas 10. januarii, quas ex originali subjungo.

1480. Obtinent à Capitulo. *Ex Archiv. Capituli.*

„ UNIVERSIS & singulis presentes Litteras
„ inspecturis DECANUS & CAPITULUM Ec-
„ clesie Collegiate beate Marie Antwerpiensis
„ Cameracensis Diocesis salutem in Domino
„ sempiternam.
„ Notum facimus, quod consentimus, quan-
„ tum in nobis est & de jure possumus,
„ quod apud Capellam sive Monasterium Con-
„ ventûs seu Monasterii *Albarum Sororum* in
„ dicto Opido, que infrà limites dicte Eccle-

„ sie

Anno 1480. „ sie B. Marie , que etiam Parochialis existit ,
„ constituetur , habeatur & consecretur Cimite-
„ rium cum Sacramento Eucharistie ac extremâ
„ Unctione pro ipsius Domûs & Monasterii ac
„ Conventûs Sororibus , nec non conversis &
„ Novitiis infrà annum probationis existentibus
„ pro tempore , infrà cepta ejusdem Monasterii
„ sive Conventûs decedentibus dumtaxàt , &
„ nullis aliis , etiamsi ibidem suam elegerint
„ sepulturam , sepeliendis.

Circà oblationes. „ Et loco denarii oblationis , singulis annis in
„ quatuor solempnitatibus offerri soliti , pro-
„ mittent Mater & Conventûs hujusmodi , unà
„ cum Mamburnis pro tempore existentibus ,
„ pro se & successoribus suis , Nobis singulis
„ annis primâ die mensis februarii perpetuis fu-
„ turis temporibus quinque solidos grossorum
„ monete Brabantie fide mediâ liberè & sine
„ quacumque contradictione consignare & per-
„ solvere , jure Parochiali ac ceteris consue-
„ tudinibus hactenùs observatis , etiam noviter
„ institutis , in suo robore permansuris. Nec
„ non aliis oblationibus tam ratione funeralium
„ & exequiarum ac aliàs undecumque & ex quâ-
„ vis causâ illuc pro tempore provenientibus
„ Nobis integrè reservatis : quas nobis fideliter
„ etiam fide mediâ consignare & deliberare tene-
„ buntur.

„ Et si aliquod dubium quoad expositionem
„ vocabulorum vel dictionum prescriptorum
„ occurrat , illius interpretationem nobis &
„ nostris successoribus , quandocumque opus
„ fuerit , reservamus.

„ In cujus rei testimonium presentes Litteras
„ exinde fieri & per Notarium nostrum infra-
„ scriptum subscribi mandavimus , nostrique
„ sigilli fecimus appensione cummuniri.

„ Datum & actum Antwerpie in loco nostro
„ capitulari

„ capitulari anno à Nativitate Domini millesimo „ quadringentesimo septuagesimo nono, die vice- „ simâ septimâ mensis januarii. (*id est stylo ho-* „ *dierno* 1480.) De Haesdonc Notar."

Anno 1480.

Religiosæ autem hæ gratanter privilegia hæc acceptârunt, sicut & conditiones appositas; ad quas adimplendas sese obligârunt per Litteras reciprocas datas postridie de consensu & cum appensione sigilli Episcopi Dagnensis Suffraganei Cameracensis, quas etiam ex originali subjungo.

Conditiones has gratanter acceptant.

„ UNIVERSIS & singulis presentes Litteras „ inspecturis & visuris KATHARINA *Mater* & „ *Conventûs* Monasterii beate *Marie Magdale-* „ *ne* in Opido Antwerpiensi Cameracensis Dio- „ cesis salutem in Domino sempiternam & pre- „ sentibus fidem indubiam adhibere.

Litteræ desuper datæ.

Ex Archivis Capituli.

„ Notum facimus, quod nos gratiam & con- „ cessionem nobis per venerabiles & circumspec- „ tos Dominos Dominos DECANUM & CAPITU- „ LUM Ecclesie Collegiate B. Marie Antwer- „ piensis dicte Diocesis, ad nostras instantiam „ & supplicationem generosè factas, prout in „ Litteris eorum, quibus presentes sunt trans- „ fixe, continetur, maturè, deliberatè & de „ scitu, consensu & voluntate Mamburnorum „ sive Tutorum nostrorum, nobis & monasté- „ rio nostro, tam per ipsos Dominos Deca- „ num & Capitulum, quam Legislatores Opi- „ di Antwerpiensis deputatorum & ordinato- „ rum, cum omni gratiarum actione accepta- „ vimus & laudavimus: & summam quinque „ solidorum grossorum monete Brabantie an- „ nuè eisdem Dominis Decano & Capitulo sol- „ vere, ac omnia & singula in ipsis Litteris „ contenta, narrata & descripta, etiam salvis „ omnibus illis, qui iidem Domini DECANUS „ & CAPITULUM voluerunt in hujusmodi Litte-

„ ris

Anno 1480. „ ris salva manere , realiter & cum effectu
„ adimplere , & non per nos vel alium quovis
„ etiam quesito ingenio seu colore contradicere ,
„ facere vel venire . . . , pro nobis & nostris
„ successoribus promisimus & convenimus ; ac
„ nos & successores nostras , ac nostra & ea-
„ rum bona quecumque mobilia & inmobila ,
„ presentia & futura ad hoc efficacter obliga-
„ vimus & ypothecavimus ; prout acceptamus ,
„ laudamus , promittimus , converimus , obli-
„ gamus & ypothecamus per presentes , omni-
„ bus Dolo & fraude seclusis.

„ In quorum fidem & testimonium premisso-
„ rum presentes Litteras exinde fieri & per
„ discretum virum Dominum Henricum de
„ Haesdonc eorumdem Dominorum Decani &
„ Capituli Notarium juratum signari & subscri-
„ bi , nec non sigillo Reverendi Patris & Domi-
„ ni Domini Godefridi Dei & apostolice sedis
„ gratiâ Episcopi Dagnensis , ob carentiam si-
„ gilli proprii , supplicavimus & obtinuimus
„ appensione communiri.

„ Datum & actum Antwerpie in dicto nostro
„ monasterio anno à nativitate Domini millesi-
„ mo quadringentesimo septuagesimo nono , men-
„ sis januarii die vicesimâ octavâ. (*Id est* 1480.)
„ de Haesdonc Notar. ad hoc requisitus."

Verosimiliter etiam hoc tempore Religiosæ hæ obtinuerunt Curatum , qui eis Sacramenta & sepulturam ministraret , & cætera ageret juxtà exigentiam Ordinis.

Episcopus visitat Antverpiam. *Henricus de Berges* nuper creatus Episcopus Cameracensis. hoc anno Antverpiam venit. 27. aprilis feriâ secundâ post Dominicam palmarum ibidemque solemniter receptus est ab universo Clero , ei processionaliter obviam eunte usque ad portam S. Georgii. Ita *Chron. ms.* Adven-

tum

tum hunc & selemnem receptionem ponit Papebrochius ad an. 1482. Anno 1480.

Quantùm ad Begginagium nostrum, quod hoc tempore adhuc situm erat extrà muros in loco circà portam, quæ adhuc ab ipsis nomen retinet, refertur in eo hoc anno igne absumptum fuisse quidquid magnis impendiis steterat, adeoque & Ecclesiam nuper ædificatam. Vidi Chronicum ms., quod notat incendium hoc accidisse anno 1482. mense augusto in die dedicationis tempore Missæ solemnis; & consumptam fuisse mediam Begginagii partem & multa ædificia ante Curiam. Alii hoc referunt ad annum octogesimum quartum. Reædificatum tamen fuit, perseveravitque in dicto loco usque ad annum 1542., quo occasione Belli Rossemiani totaliter destructum fuit & translatum intrà muros.

Begginagium incendio devastatur.

Fr. Cattendyck, qui ab Ordine Carmelitarum commissionem habebat ad petendam & procurandam erectionem Conventûs Ordinis sui in hac Civitate, Antverpiam venit: sed infelici pro hac re tempore. Antverpia enim jam ferè à sexaginta annis ad Ecclesiam Matricem cœperat erigere duas magni moliminis Turres; insuper interea dum turres ædificabantur, restauranda erat ipsa Ecclesia, quæ præ vetustate ruinam minabatur: restaurando autem utrimque notabiliter dilatabatur, ut capere posset incolas, qui indies multiplicabantur. Latus septentrionale, ubi Chorus seu Capella B. M., jam completum erat: sed necdum latus meridionale nec crux Ecclesiæ. Insuper hoc tempore Antverpia conceperat & inceperat conficere Lipsanothecam pretiosam seu capsam ad reponendas Reliquias, quæ asservabantur in Ecclesia

Carmelitæ petunt licentiam erigendi Conventum.

Anno 1480. sia matrice. Hæc autem omnia confici debebant præcipuè ex eleëmosynis fidelium; unde si novus Conventus Religiosorum, qui ex eleëmosynis subsistere deberent, admissus fuisset, timendum erat, nè Matrix Ecclesia imperfecta mansisset.

Desuper pluries congregatur Senatus

Interim Fr. Cattendyck cœpit agere cum Senatu & Populo, eosque conatus est inducere ad recipiendum novum Ordinis sui Conventum. Pluries ad preces ejus desuper congregati sunt Senatus & tria membra Civitatis, sed sine effectu. Cumque, tandem Fr. Cattendyck exhibuisset commissionem, quam habebat à Provinciali & Vicario Generalis; iterum statuto die convenerunt & unanimiter ob rationes prædictas & alias decreverunt, differendam esse petitam erectionem novi Conventûs, donec restauratio matricis Ecclesiæ & Capsa Reliquiarum ad pleniorem effectum deductæ forent. Actum est hoc 10. januarii anno octogesimo primo stylo hodierno. Patent hæc ex ipso decreto, quod ex Copia authentica subjungo.

1481.

Senatus decernit differendam erectionem.

Ex Archivii Capituli.

NA dat Meester Jan van Cattendyc *Doctuer in der Godheit van der Ordenen van* onser-lieve-vrouwen-bruderen, *in den name ende van weghen der selver Ordenen, ende (alzo hi namaels ghetoent heeft) als daer toe by den Provinciael ende Vicaris van den generalen meester der Ordenen ghecommitteert, aen* Borgermeesteren *ende* Schepenen *ende den d'oude Scepenen ende* Raidslude *ende oic aen de* ghemeinte *van der Stad van* Antwerpen, *(daer omme t'sijne begheerten te meer stonden vergadert sijnde,) zeere ernstelyc gesolliciteert heeft ghehadt by zekere redenen ende onderwyse daer toe voirtsghekeert, dat de voirs. Lede van der Stad hadden willen consenteren, een niew Convent oft Godtshuys van den voirs.*

Orden

Ordenen in der selver Stad te erigeren ende stichten. Anno 1481.

So eest, dat ten daghe na bescreven de voirs. drie Leden, bide representerende t'gheheel Lichaem der voirs. Stad, in den Raedhuse der selver Stad behoirlic ende in der ghewoenliker manieren (so om op dese, so oic op diverse andere materien, onsen ghenadighen Heere den Ertzhertoghe van Oestenryc, van Brabant &c, ende dit zyn Land van Brabant aengaende, te communiceren) vergader zynde, wt vele ende diversen redenen ende consideratien, hen billix daer toe porrende, eendrachtelyk ende by ghemeinen accorden overdraghen ende ghesloten hebben, dat men met deser materien ende versueke vertoeven sal, tot dat die Moeder-kerke *van onser lieven Vrouwen in der voirs. Stad, ende de* Casse, *die aldaer, om de heilige* Reliquien *in der selver Kerken rustende inne te leggen, begrepen ende begonst is, vuerdere volmaect selen sijn. Aldus gedaen thien daghe in januario MCCCC. tachentich jair, na styl van Brabant. Blict.*

Post hoc itaque Civitatis Decretum cessarunt aliquo tempore Carmelitæ rem hanc movere, donec anno octogesimo quinto eam tentarunt obtinere per supremam Principis auctoritatem, ut infrà dicetur.

Carmelitæ cessant rem hanc urgere.

Religuiotheca, de qua in relato Decreto fit mentio, debet fuisse magni valoris, cum confectio ejus in considerationem veniat ad differendam admissionem novi Conventûs. De hâc Reliquiothecâ refertur in vernaculâ descriptione civitatis Lirensis pag. 321, quod Ædiles B. Mariæ cum quibusdam de Clero solerent quotannis Sabbato post Dedicationem Lirensem deferre Liram Thecam, in quâ reclusa erant S. Christi

Capsa Reliquiarum.

ti

Anno 1481. ti PRÆPUTIUM, capita *SS. Cosmæ* & *Damiani* & aliæ Reliquiæ; quæ solemniter à Clero Lirensi ad civitatis portam recepta reponebatur in domo ad hoc assignatâ, hodieque notâ. Postridie autem honorificè deferebatur ad Ecclesiam Collegiatam S. Gummari; ubi solemniter celebrato officio eodem modo reducebatur ad prædictam domum & alterâ die Antverpiam. Notatur autem ibidem, id ultimâ vice factum fuisse anno 1570., quod non coincidit cum opinione illorum, qui PRÆPUTIUM Christi sublatum referunt in primo Iconoclastarum furore; id est anno 1566.

De hâc Thecâ etiam fit mentio in Cæremoniali civitatis Antverpiensis conscripto immediatè post reductam Civitatem: ubi dicitur, delata fuisse in publicâ Processione ante statuam B. M., idque per Beggardos.

1482. MARIA Ducissa Marchio nostra, cum in venatione equo decidisset & inde tribus septimanis decubuisset, moritur Brugis anno octogesimo secundo mense martio. Conditur summa cum celebritate Brugis in templo; ut petierat; divæ virginis Mariæ tertio nonas aprilis. Cor Antverpiæ in matris sepulchro ad D. Michaëlis clausum est. Conjux ejus MAXIMILIANUS; deinceps ad Imperium elatus, supervixit usque ad annum 1519.

MARIA Marchio moritur.

Principes hi anno 1479. mandant ædificari conventum FF. Prædicatorum Audomaropoli. *Dipl. Belg. Tom. IV. P. II. Cap. 134.*

Capitulum B. M. Brugis.

Anno 1481. procurant in Ecclesia B. M. Brugis creari Decanum, Cantorem & Thesaurarium, & quinque Capellanos constitui Canonicos, eisque proinde uniri plures Ecclesias. *Dipl. Belg. Tom. III. P. I. Cap. 213.*

PHILIPPUS PULCHER Marchio.

Matri in Marchionatu successit filius PHILIPPUS

PUS PULCHER quarto ætatis anno, qui partim per tutores, partim per se præfuit annis XXIV. Princeps hic primus è domo austriaca factus est Rex Hispaniarum. Anno 1483.

Anno octogesimo tertio obiit JACOBUS DE BORSALIA Religiosus Conventûs Cisterciensium ad S. Salvatoris in hâc Civitate. Erat dè Familia PETRI POT. Fundatoris dicti Conventûs, factusque secundus Prior, ore fœcundus, stylo mirabilis & pleno pietatis zelo rogatus ab Abbate Veteris-campi scripsit, opus cui titulus: *Schola divini Servitii ad normam Regulæ sanctissimi Patris Benedicti Abbatis, Ordinis Cisterciensis Legislatoris eximii.* Legebatur olim in dicto Conventu scriptum in pargameno, quatuor tomis distinctum: sed in direptione Conventûs & Bibliothecæ tempore tumultuum Belgicorum periit. Obiit nono Prioratûs anno. Ita refertur apud Sanderum. *Chor. S. Abb. S. Salvatoris Antv.* Jacobus de Borsalia.

Anno seculi hujus octogesimo quarto Belgium desolabat Bellum civile, actum occasione curæ seu tutelæ PHILIPPI AUSTRIACI Marchionis nostri. Tribuerant eam MAXIMILIANO patri ejus Rectores omnium ferè Provinciarum exceptis Flandris, qui in potestate habebant PHILIPPUM & ejus nomine se omnia administrare simulabant. Inde Bellum. Gandenses ac Brugenses Antverpiensium foris, nundinis ac mercaturæ immunitatibus insidiabantur. Antverpienses vicissim Flandrorum prærogativis imminebant. MAXIMILIANUS considerans Gandenses ad Bellum se parare, insidiatur Oppidis circà Gandavum sitis, eisque potitur in fine hujus & initio anni sequentis. 1484. Bellum ob tutelam PHILIPPI. 1485.

Interim exstruxerant Gandenses inter Zastingam Victoria Antverpiensium.

Anno 1485. gam & Calloum in Clopperſdikio juxtà Schaldim munitionem amplam, tormentiſque ac viris probè inſtruxerant. Ex hâc Antverpiam proficiſcentes & redeuntes ſpoliabant, infeſtique erant. Mittit huc militem MAXIMILIANUS, jungunt ſe eis Antverpiani; munitionemque invadunt tandemque expugnant, Gandenſium præſidiariis in pugnâ interfectis aut ad arborem jugulatis. Ita Haræus *Annal. Duc. Brab.* ad hunc annum.

Occaſio inſtitutionis feſti & Proceſſionis S. Georgii. Chronica manuſcripta notant Antverpienſes Victoriam hanc cum quadraginta tormentis retuliſſe: die S. GEORGII, id eſt 23. aprilis, ſtatutumque propterea fuiſſe, ut deinceps annis ſingulis celebraretur feſtum S. GEORGII, & Imago ejus proceſſionaliter circumferretur, in memoriam rei & gratiarum actionem pro victoria tam utili Antverpienſium mercaturæ.

An nova fuerit hæc Proceſſio. Inſtituitur hîc proceſſio ſeu circumlatio S. GEORGII, non quòd anteà in uſu non eſſet circumferre proceſſionaliter Patronos Eccleſiarum: vidimus enim ſupra ſtatuam B. MARIÆ Patronæ Civitatis circumlatam fuiſſe anno 1399. & deinceps. Vidimus ad annum 1416. circumlatam fuiſſe ſtatuam S. Jacobi; licèt non eſſet niſi Capella, in qua colebatur. Imo ad annum 1324. vidimus circumlatum S. Chriſti PRÆPUTIUM, quod in Eccleſia matrice ſervabatur. Hinc credendum, novam non fuiſſe hoc tempore circumlationem ſtatuæ S. GEORGII, ſed novam fuiſſe ſolemnitatem, cum quâ Patronus ſubalternæ Eccleſiæ circumferri incipiebat, comitantibus nimirum omnibus Civitatis ordinibus, nempè Opificiorum collegiis, Gildis & Magiſtratu.

Obſervantur etiam hodie. Feſtum autem S. GEORGII celebratum fuit in populo, infra limites Parochiæ ejuſdem uſque ad annum 1762, & colitur per totam Diœceſim

ſub

sub ritu duplici. Officium etiam habebat in proprio Antverpiensi Breviario impresso anno 1496. Imago vero ejus usque ad annum 1751. quotannis processionaliter circumlata fuit dominicâ infrà octavam, idque cum magna solemnitate comitantibus Opificiorum collegiis, Gildis & Magistratu. Anno 1485.

Pridie post vesperas fiebat solemnis depositio Imaginis, deferebaturque ad mediam Ecclesiæ navim præsentibus supradictis Opificiorum collegiis, Gildis & Magistratu; quorum singuli post depositionem ordine & reverenter ad offertorium ibant; & oblationibus in honorem Sancti factis, recedebant. Ipso die post concionem & solemne sacrum circà undecimam instituebatur Processio, in quâ circumferebatur Imago S. GEORGII præcedentibus ordine Opificiorum collegiis, Gildis, Magistratu cum ministerialibus & Clero Parochiæ. Ordo Processionis.

Similem depositionem & circumlationem SS. Patronorum aliarum subalternarum Parochiarum in hâc Civitate, scilicet S. Jacobi; S. Walburgis & S. Andreæ, vidimus usque ad dictum annum 1751. Via autem harum processionum magna erat; transibant enim omnes forum majus. Similes Processiones in aliis Parochiis subalternis.

De illis Processionibus fit mentio in Cæremoniali Civitatis conscripto immediate post tumultus Belgicos reductâ primùm Civitate. Processio autem S. ELIGII specificè in eo describitur hoc modo:

Item het Sondaechs naer S. Jans dach soo is't den Ommeganck van S. Eloy *in de* Borchtkercke, *ende het Saterdaechs te voren soo vergaederen myne Heeren de* Schouteth, Amptman *ende de* Weth *naer den noene op het Stadthuys: ende gehaelt sijnde naer de Vesperen van de Kerckmeesters, soo gaen de Heeren naer de kercke* Pridie.

 mette

Anno 1485. *mette Speelluyden, de welcke als dan spelen eerst op de Puye eer de Weth afgaet: als wanneer de voors.* Heeren *offeren mitsgaeders de* sesse Gulden *ende alle* d'Ambachten *elck met hunne Capellaenen behalvens de Barbiers. Welke voors. Gulden ende Ambachten in't derwaerts gaen comen achter de Weth, ende in't wederom comen naer het Stadthuys moeten voorgaen tot op de Merct, verwachtende tot de Weth op het Stadthuys is.*

Ordo Processionis. *Ende des anderendaechs soo vergaedert de Weth het s'morgens omtrent den negen ueren op het Stadthuys in de groote Saele, verwachtende de wete van de Kerckmeesters, om te gaen met de Processie.*

Ende in de Kercke comende soo wort het Belt van S. Eloy *by die van de* Weth *gedraegen buyten de Kercke; als wanneer de* Weth *gaet voor de Geestelyckheyt ende de ses Gulden voor de Weth ende d'Ambachten voor de Gulden.*

Post meridiem. *Des achternoens soo vergaedert de* Schouteth, Amptman *ende de* Weth *wederomme op het Stadthuys, aldaer verwachtende de wete van de Kerckmeesters, ende spelen de Speellieden, ende observeert-men als dan, in't gaen en offeren ende wederom comende, de maniere als vore: ende sijn als dan de Barbiers oock gehouden te compareren.*

In eodem Cæremoniali remittitur ad hunc ordinem pro Processione S. Jacobi Dominicâ infrà octavam illius sancti; pro Processione S. Georgii Dominicâ infrà octavam illius Sancti & pro Processione S. Andreæ Dominicâ post festum exaltationis S. Crucis.

Abrogantur. Dum autem hæc primò scribebam, anno scilicèt 1751., abrogabantur hæ circumlationes Patronorum subalternarum Ecclesiarum, retentâ solùm depositione & circumlatione B. Mariæ Patro-

Patronæ matricis Ecclesiæ & Civitatis dominicâ infrà octavam Assumptionis B. M., & Circumlatione SS. Reliquiarum in festo SS. Trinitatis in memoriam sacri Præputii, quod olim tunc circumferri solebat. Anno 1485.

Harum Processionum (quæ vulgo dicebantur *Ommegank*) abrogatio facta est eodem tempore, quo septemdecim festi dies per Belgium Austriacum abrogabantur per BENEDICTUM PP. XIV. manente obligatione ad audiendam missam: nimirum Feria tertia paschatis & Pentecostes, festa SS. Matthiæ, Josephi, Philippi & Jacobi, Inventionis S. Crucis, SS. Jacobi, Annæ, Laurentii, Bartholomæi, Matthæi, Michaëlis, Simonis & Judæ, Andreæ, Thomæ, Joannis Evang. & Innocentium.

Abrogatio Festorum.

Jam à triginta annis Sorores tertii Ordinis S. Francisci rigorosum claustrum observaverant; à quo tempore magis affluente piorum liberalitate ædificia ampliaverant & novam Ecclesiam construxerant, quæ illic consecrata est anno octogesimo secundo, (ut refert Papebrochius *Annal. MSS. ad an.* 1445.) sub nomine & die S. Agnetis: sed hactenùs in ea nec Eucharistia nec extrema unctio asservabatur, nec jus sepulturæ habebant: ministrabat ea ipsis Curatus S. GEORGII. Hoc autem anno recurrunt ad Capitulum supplicantes quatenùs sibi, prout nuper Albis Sororibus, privilegia hæc concedere dignaretur: Capitulum autem eis concedit cemeterium & jus sepulturæ pro Sororibus, concedit & Eucharistiam & extremam unctionem eâ conditione, ut nullus præter Curatum S. GEORGII ea ipsis ministret aut confessiones earum audiat, & ut pro jure Parochiali solvant quotannis censum Capitulo & prædicto

Sorores tertii Ordinis petunt jus sepulturæ &c.

Anno 1485. Curato ; ut patet ex Litteris desuper confectis, quas ex originali subjungo.

Obtinent à Capitulo.

Ex Archivis Capituli.

„ UNIVERSIS & singulis presentes Litteras „ inspecturis, visuris, lecturis & audituris „ DECANUS & CAPITULUM Ecclesie Col„ legiate B. Marie Antwerpiensis Cameracen„ sis Diocesis salutem in Domino sempiter„ nam.

„ Regimini rerum, bonorum & jurisdictio„ num Ecclesie nostre & Capituli disponente „ Domino presidentes, circà jura earumdem „ omni solertiâ & curâ indefessâ solliciti, ut „ ipsorum occurramus incommodis & dispen„ diis, ac commodis & utilitatibus providea„ mus, ad humilem supplicationem MATRIS „ & CONVENTUS tertie Regule sancti Fran„ cisci in dicto Opido Antwerpiensi, infrà li„ mites Parochie dicte nostre Ecclesie & ex„ ercitium Vicarii Ecclesie S. GEORGII ibidem „ site, consentimus, quantùm in nobis est & „ de jure possumus, quod in Capella dicte „ domûs conserventur, cum quibus decet re„ verentiâ & honore, Sacramenta Eucharistie „ & extreme unctionis, ac cimiterium illuc „ consacretur, pro ipsius domûs & Conventûs „ Matre & Sororibus, nec non Novitiis infrà „ annum probationis existentibus pro tempo„ re, infra cepta dicte domûs seu Conventûs „ decedentibus dumtaxàt, & nullis aliis, etiamsi „ ibidem suam elegerint sepulturam, sepelien„ dis.

Jus sepulturæ, Eucharistiam & extremam unctionem.

„ Salvo quod ultrà numerum viginti quatuor „ personarum sive Sororum nullam in Sororem „ aut Novitiam sive conversam, juxtà primi „ fundatoris voluntatem, recipere aut quovis „ modo admittere poterunt.

Numerus Sororum.

„ Et Vicarius sive Curatus dictæ Ecclesiæ S. „ GEORGII, & nemo alius præter nostrum con„ sen-

Curatus S. Georgii earum Pastor.

„ sensum, eisdem Matri & Sororibus confessio- Anno
„ nem audiet & Sacramenta hujusmodi admi- 1485.
„ nistrabit; donec & quousque, crescentibus
„ facultatibus earumdem Matris & Conventûs
„ ac domûs, de alio Presbytero ydoneo, per
„ Nos instituendo & admittendo, ac ad nostrum
„ nutum ammovibili, fuerit de nostro scitu,
„ voluntate & licentiâ petitis & obtentis debitè
„ provisum.

„ Nec non nobis quindecim & dicto Vicario
„ sive Curato Ecclesie S. GEORGII quinque Census annuus.
„ solidos grossorum monete Brabantie annui,
„ perpetui & hereditarii redditûs annis singulis
„ in festo Natalis Domini nostri Jesu Christi
„ perpetuis futuris temporibus, loco juris Pa-
„ rochialis, eedem Mater & Conventus, pro
„ se & suis successoribus efficaciter solvere tene-
„ buntur & manebunt perpetuò obligate.

„ Aliis oblationibus tam ratione funeralium & Oblationes.
„ exequiarum, ac aliàs undecumque & ex
„ quâvis causâ illuc pro tempore provenienti-
„ bus, nobis integrè reservatis, quas nobis
„ fideliter etiam fide mediâ consignare & delibe-
„ rare tenebuntur.

„ Et si aliquod dubium in premissis etiam quo-
„ ad expositionem vel declarationem vocabulo-
„ rum aut dictionum occurrat, illius interpre-
„ tationem nobis & nostris successoribus, quan-
„ documque opus fuerit, reservamus.

„ In quorum omnium fidem & testimonium
„ presentes Litteras exinde fieri & per Nota-
„ rium nostrum subscriptum signari mandavi-
„ mus, nostrique sigilli jussimus & fecimus
„ appensione communiri.

„ Datum & actum in loco nostro Capitulari an-
„ no à Nativitate Domini millesimo quadringente-
„ simo octuagesimo quarto die vigesimâ tertiâ mensis
„ januarii (*stylo Cam. adeoque* 1485.) De Hae sdonc
„ Not.

Anno 1485.

Eodem die reciprocas dederunt Religiosæ, per quas cum gratiarum actione acceptant concessionem Capituli, & se obligant ad conditiones adjunctas adimplendas. Eas etiam ex originali subjungo.

Acceptatio & obligatio Religiosarum.

Ex Archivis Capituli.

„ UNIVERSIS & singulis presentes Litteras „ inspecturis visuris & audituris ELISABETH „ DYCX *Magistra* & CONVENTUS domûs tertie „ Regule sancti Francisci in Opido Antwer„ piensi Cameracensis Diocesis salutem in Do„ mino & presentibus fidem indubiam adhibe„ re.

„ Notum facimus, quod nos gratiam & con„ cessionem nobis per venerabiles & circumspec„ tos Dominos, Dominos DECANUM & CAPI„ TULUM Ecclesie collegiate B. Marie Antwer„ piensis ad nostras instantiam & supplicatio„ nem generosè factas (prout in Litteris eo„ rum, quibus presentes nostre Littere sunt „ transfixe, continetur) maturè, deliberatè „ ac de nostris expressis scitu, consilio, con„ sensu & voluntate cum omni gratiarum actio„ ne acceptavimus, laudavimus; & summas „ quindecim eisdem Dominis *Decano* & *Capitulo* „ & quinque solidorum grossorum annui reddi„ tûs *Vicario* seu *Curato* Ecclesie S. GEORGII „ annis singulis in festo Natalis Domini nostri „ Jesu Christi solvere, & omnia & singula in „ hujusmodi Litteris contenta, narrata & de„ scripta, etiam salvis omnibus illis, que „ iidem Domini *Decanus* & *Capitulum* volue„ runt in hujusmodi Litteris salva manere, rea„ liter & cum effectu adimplere; & non per „ nos vel alium quovis etiam quesito ingenio „ seu colore contra dicere, facere vel venire . . . „ Et quod nullam ultra numerum viginti qua„ tuor personarum in nostra domo in Soro„ rem, Novitiam vel conversam recipiemus „

„ pro-

„ pro nobis & nostris successoribus promisimus „ & convenimus ; ac nos & successores nos- „ tras , ac nostra & earum bona quecumque „ mobilia & immobilia , presentia , & futura „ ad hoc efficaciter obligavimus & ypothecavi- „ mus , prout acceptamus , laudamus , promit- „ timus , convenimus , obligamus & ypotheca- „ mus per presentes , omnibus dolo & fraude „ seclusis. Anno 1485.

„ In quorum fidem & testimonium premisso- „ rum presentes Litteras exinde fieri & per dis- „ cretum virum Dominum Henricum de Haes- „ donc eorumdem Dominorum Decani & Ca- „ pituli Notarium juratum signari & subscribi , „ nec non sigilli nostri proprii rogavimus & „ fecimus appensione communiri.

„ Datum & actum anno à nativitate Domini „ millesimo quadringentesimo octuagesimo quar- „ to mensis januarii die vicesimâ tertiâ. (*id est* „ *anno* 1485.) De Haesdonc Not."

Sorores hæ à laïcali gradu ad Choralem transgressæ anno MDCX. 12. martii Canonicas horas ex breviarii Romani ritu cantare cœperunt : quibus autem ad hoc admissis satisque instructis concessa est gratia , ut Choro deservirent ; concessum quoque est anno post sexto 20. septembris Velum nigrum , quo hactenùs caruerant. Ita Papebrochius loco suprà citato ex Registris loci. Obtinent Velum.

Curatus S. GEORGII non ampliùs curam habet prædictarum Religiosarum , sed FF. Minores , qui ipsis Sacramenta ministrant. Quando autem aut quâ occasione Episcopus & Capitulum curam earum in ipsos transtulerit , hactenùs latet. Sunt sub cura FF. Minorum.

Curatus , qui hoc tempore præerat in Ecclesia parochiali S. GEORGII hujus Civitatis , cæcus Nicasius de Voerda cœcus Pastor in S. Georgii.

Anno 1485. cœcus fuerat à tertio ætatis anno ; quo non obstante factus fuerat S. T. Doctor, Concionator & Cantor eximius, ita ut etiam Passionem cantaret in hebdommadâ majori ; & propter eminentem scientiam de consensu Pontificis factus Sacerdos & confessarius. Ita *Chron. MS.* Res hæc fidem superaret, nisi Abbas Trithemius contemporaneus eadem referret de quodam NICASIO DE VOERDA Mechliniensi. Refert ille, eum à tertio ætatis anno fuisse cœcum, Coloniæ professorem Juris, dein S. T. Licentiatum Lovanii, & Doctorem Juris Coloniæ ; eum fuisse concionatorem & confessarium, & Missam celebrasse memoriter, postquam dispensante Pontifice initiatus esset Sacerdotio. Hic autem, de quo Trithemius, indubiè idem ipse est, qui hoc tempore Curatus erat in S. GEORGII. In Archivis enim illius Parochiæ servantur Litteræ authenticæ, confectæ 3. febr. anno 1483. stylo Cameracensi, adeoque stylo hodierno 1484., in quibus Adrianus Happaert tradit curato & capellanis illius parochiæ II. Lib. & XII. Solidos gr. Brab. ad habendum inde annuè 13. asses pro distributione Capellanorum & perpetuo anniversario pro animabus Joannis Happaert & Elizabethæ van der Heyden conjugum ibidem sepultorum : in his autem litteris Curatus vocatur NICASIUS DE VORDA. Consequenter meritò fides adhibetur Chronico præcitato.

D. Paquot refert ex registro promotionis Lovanii *Nicasium* illum primum in Philosophia locum retulisse anno 1459. 29. novembris : & ex *Chron. MS.* monasterii S. Martini ibidem refert, eum dispensante Pontifice consecratum fuisse Sacerdotem in choro ejusdem monasterii per *Libertum* Episcopum *Berithensem* suffraganeum *Leodiensem* anno 1483. in Vigilia Paschæ ; id autem

autem intelligi debet stylo romano, quem observabat Diœcesis Leodiensis: nam litteræ supradictæ confectæ notantur 3. februarii ejusdem anni 1483. quod intelligi debet stylo cameracensi, adeoque stylo romano an. 1484. alioquin dies tertia febr. præcedebat vigiliam Paschæ ejusdem anni, adeoque fecisset functiones pastorales antequam fuisset Sacerdos. Itaque *Nicasius* fuit Pastor Antverpiæ non diu postquam esset initiatus sacerdotio, & quando jam agebat annum ætatis circiter 43. Anno 1485.

D. Paquot dicit eum prædicasse & confessiones excepisse: sed negat eum unquam licentiam habuisse celebrandi Missam, quod tamen alii affirmant. Verum non videtur potiùs inconveniens, quod cœcus dispensante Pontifice celebret Missam seu memoriter seu cum prælectore, quàm quod Neomystæ celebrent & consecrent cum Episcopo prælegente. An celebraverit Missam.

Quot autem annis *Nicasius* Antverpiæ pastorem egerit, non liquet. Interim Antverpiâ discessit Coloniam, ubi anno 1489. admissus est in Facultate Artium; dein factus ibidem juris Canonici Doctor jura publicè docuit, & plura dictavit, quæ post obitum vulgata sunt. Insuper concionabatur & conferentiis ecclesiasticis intererat. Obiit Coloniæ 26. augusti 1492. ætatis circiter 52. sepultus ibidem in ecclesia parochiali S. Columbæ. Cæterùm *Nicasius* dicitur Mechliniensis lato modo, quia natus erat in *Heyst-ten-berg*, qui pagus est sub Dominio Mechliniensi. Scriptum est ei hoc elogium. Juris Canonici Doctor.

Cæcus eram; quid tum? verbo duce, lumine Jovâ,
Jura Dei atque hominum, Lynx novus, aure lego.

Vide

Anno 1485. Vide Fleury *Hist. Eccl.* Tom. XXIV. Pag. 150. Foppens *Bibl. Belg. Pag.* 899. & D. Paquot *Memoire Litt. Tom. VIII. p.* 242. & *seqq.* ubi & referuntur libri ab eo confecti & prelo vulgati.

Hospitale petit confirmari Privilegia tempore Belli

Hospitale Antverpiense à multo tempore obtinuerat privilegia à Brabantiæ Ducibus, quibus non tantùm ipsum sed etiam Villici ejus liberi erant ab onere conferendi equos & currus &c. tempore Belli. In nuperrimo autem bello civili non obstantibus his privilegiis coacti fuerant contribuere sicut cæteri, notanter in pago Eekeren. Hinc Domicellæ ejusdem Hospitalis occasionem nactæ, dum MAXIMILIANUS devictis & domatis Flandris & restitutâ pace in Germaniam tendens Antverpiam transit, huic Principi privilegia sua exhibent, & quomodo illa tunc infracta erant, supplicantes quatenùs illa confirmans & renovans mandaret in favorem Hospitalis observari. MAXIMILIANUS autem his precibus motus diploma desuper dedit 1. octobris, cujus copiam authenticam seu *Vidimus* fecit Senatûs Antverpiensis 20. ejusdem mensis, ex quâ illud subjungo.

Obtinet à Duce Brab.

Ex Archivis Hospitalis.

MAXIMILIAEN *ende* PHILIPS *by der gratien Godts Eershertogen van Oostenryk... Markgrave des heyligs Ryckx... allen den genen, die desen brief zelen zien of hooren lesen saluyt.*

Alsoo onse geminde in Gode die Vrouwe *ende andere* Religieusen persoonen des Gasthuys van sinte Elizabetten *in onser Stadt van Antwerpen... ons hebben doen toonen, hoe al ist soo, dat onse Voorvaderen wylen Hertogen ende Hertoginnen van Brabant saliger gedagten vore, ende Wy uyt onser princelyker gratien ende peurlyk om Gods-wille tot hier toe onder-*

houden

houden hebben ende doen onderhouden, dat alle Gasthuysen ende Heylig-geest-huysen in onsen voorseyden Lande van Brabant gelegen alomme altyt geweest sijn los, ledigh, vry ende exempt van diensten, corweyden, Waghenen ende Peerden in onsen uytrysen ende Wapeningen: mits dat de selve Gasthuysen ende Heylig-geesthuysen seer arm sijn ende tselve, dat sy hebben, hun behoeft tot almoessen ende laeffenisse van den armen zieken-lieden, ende andere Persoonen. Anno 1485.

Soo hebben hun nochtans dese niet tegenstaende zekere onse Officieren, dieneren ende ondersaten van Eekeren *tot meer stonden gevoordert ende feytelyck aldaer pynen te voorderen ende bedwingen des voors. Gasthuys laten ende winnen, omme met heure Waghenen ende Peerden Ons te corweyden ende andere diensten te doen tot hunnen grooten cost ende laste, ende ten grooten afnemene van der gracien daer aff allomme in der maten voors. tot hier toe onderhouden. Gemerckt ook, dat zy van den getalle der Gasthuysen niet en zyn, die ons corweyden schuldich zyn. Mits den welken zy gescapen waren in tyden toekomende tot meerdere moeyte, coste ende lasten te comen, ten worde hun van onsen wegen daer op in tyts niet versien, ende gegeven ende verleent onse opene Brieve van exemptie, daerom zy ons ootmoedelyk hebben doen bidden.*

Soo ist, dat Wy desen aengesien, willende ten onderhoudene van den voors. ouden constumen in desen voorsien alse behoort, ende bysondere ter beden der voors. Vrouwe, Religieusen ende Momboiren des voors. Gasthuyse te voordere, op dat de aelmoessenen aldaer niet vermindert en worden, hebben den selven Gasthuyse ende hunne wynen, laten ende Pachteren tot Eeke-

ren

Anno 1485. *ren ende elwaerts allomme in onsen voorseyde Lande van Brabant, ingevalle als boven; ende soo dat behoerlyk is ende van't geen des voors. staet, uyt onser gerechter wetentheyt ende van sunderlinger gracien van den voors. Corweyden, Waghenen ende Peerden geeximeert ende bevreydt, eximeren ende bevreyen mits desen: willende dat zy ende hunne wynnen, laten ende pachteren tot Eekeren ende elwaerts daer af voortaen vry, quite ende ongelast bliven, gelyck andere Gasthuysen ende Gheesthuysen in onsen Lande van Brabant voors. gelegen.*

Behoudelyk dien oft zy voortaen oft namaels vercregên eenige goeden staende ten dienste van den Corweyden; dat zy Ons als dan daer af dienen selen ende schuldich zelen zyn te dienen, na die quote ende weerde van dien goeden alsoo ten laste van dienste staende, gelyk andere, die tot gelyken dienste staende, doen; sonder voorder daer inne gelast te worden van heuren anderen goeden in eeniger manieren.

Ontbieden hier om ende bevelen onsen Rentmeester generael van Brabant, Scoutet ende Rentmeester van Antwerpen, onsen Meester van onser Artilleryen ende voorts allen anderen onsen ende der smaelre Heeren, Ambachten, Officieren, Rechteren, dieneren ende heure Stedehouderen ende allen anderen onse Ondersaten onses voors. Lands van Brabant, dat zy ende elck van hun, soo hem toebehoort, den voors. Gasthuyse, heuren winnen, laten ende Pachteren deser voors. onser gratien ende exemptien rustelyk ende vredelyk doen ende laten gebruyken, sonder daer tegen te doen, oft ook hun daer en boven te belasten oft laten belasten in eeniger manieren. Want Wy't alsoo gedaen willen hebben, niet tegenstaende eenigen ordinantien, restric-

restrictien, geboden oft verboden wesende ter contrarien. Anno 1485.

Ende des toirconden hebben Wy onsen Segel hier aen doen hangen, gegeven in onser Stadt van Antwerpen op ten eersten dag van octobri, in jaer ons Heeren duysent vier hondert vive ende tachtentich. Aldus geteekent by mynen Heeren den HERTOGE *P. de Thielt.*

FF. Carmelitæ recurrunt ad Maximilianum.

FF. Carmelitæ, quibus apud Senatum à quatuor annis ad nutum non cesserant negotia quoad erectionem novi Conventûs in hac Civitate, eâdem verosimiliter hâc occasione, dum MAXIMILIANUS è Flandria victor Antverpiam venerat, ad eum recurrunt, ut ipse supremâ auctoritate rem hanc ad optatum finem perduceret. Cumque Fratres necdum à Pontifice haberent requisitam licentiam ad acceptandum novum Conventum, supplicant ut Princeps ipse eam à Pontifice petat.

Princeps petit à Pontifice licentiam eis erigendi Conventum.

MAXIMILIANUS autem memor desiderii MARIÆ quondam Conjugis scribit desuper ad Pontificem, supplicans quatenùs dignetur sibi concedere licentiam Conventum erigendi; & Fratribus eam acceptandi, exhibens pium affectum, quem habebat ergà augmentum inde sperandum cultûs divini; & pietatem incolarum, qui singularem affectum habebant ergà dictum Ordinem, & quod intenderet de suis bonis Conventum hunc erigere.

Pontifex his precibus motus concedit petitam licentiam per Bullam ad MAXIMILIANUM directam, datam Romæ hoc anno 22. decembris, quæ integra refertur apud Sanderum *Chor. S. Carm. Antv. Cap. I.* : unde hìc eam contractam subjungo.

Pontifex concedit petitam licentiam.

„ INNOCENTIUS servus servorum Dei di„ lecto filio nobili Viro MAXIMILIANO Ar„ chiduci

Anno 1485. „ chiduci Austriæ salutem & apostolicam Be„ nedictionem ....

„ Pro parte tua Nobis nuper exhibita petitio „ continebat, quod tu, qui Oppidum Antver„ piense ... tuo temporali dominio subjectum ... „ dilectione prosequeris, & cupis ... pro salute „ animarum ... te ... exercere ... summoperè „ desiderans de bonis tibi à Deo collatis unam „ domum pro usu & habitatione Fratrum (*B.* „ *M. de monte Carmelo*) prædictorum in eo„ dem Oppido construi & ædificari facere, si „ tibi ad id ejusdem Sedis auctoritas suffragetur. „ Quare pro parte tua Nobis fuit humiliter „ supplicatum ...

„ Nos igitur ... hujusmodi supplicationibus „ inclinati, tibi domum prædictam, in ali„ quo loco dicti Oppidi ad hoc convenienti & „ honesto, cum Ecclesia, campanili humili, „ campana, cœmeterio, refectorio, dormi„ mitorio, claustro, hortis, hortalitiis, & „ aliis necessariis officinis, pro perpetuo usu & „ habitatione Fratrum prædictorum; Ordinarii „ loci licentiâ petitâ, licèt forsan non obtentâ, „ sine tamen alicujus præjudicio; construi & „ ædificari faciendi; ac Generali nec non Pro„ vinciali, Prioribus & Fratribus prædictis il„ lam recipiendi & perpetuò inhabitandi, auc„ toritate apostolicâ tenore præsentium licentiam „ elargimur: jure tamen Parochialis & Beatæ „ Mariæ Ecclesiarum ... & cujuslibet alterius „ semper salvo in omnibus ... Nulli ergo „ liceat omnino hanc paginam ... infringe„ re ...

„ Datum Romæ apud sanctum Petrum „ anno incarnationis Dominicæ millesimo qua„ dringentesimo octuagesimo quinto XI. Kal. „ januarii, Pontificatûs nostri anno secun„ do."

MAXI-

MAXIMILIANUS, quando initio anni sequentis agebat in Germania, hanc Bullam recepit. Obtinuitque per eam licentiam erigendi Fratribus Conventum de bonis sibi à Deo collatis: sed vix Bullam hanc receperat, cùm ad majorem dignitatem elevaretur, electus Romanorum Rex 16. februarii, coronatus Aquisgrani 9. Aprilis. Expensæ autem faciendæ in similibus solemnitatibus impedimento erant, quominùs Princeps hic pium intentum ad effectum perduceret. Interim Fratres sperantes fore, ut aliunde sibi provideretur & erectio Conventûs procuraretur, supplicant Principi, dum ex Germania redierat Bruxellas, quatenùs Bullam Pontificiam executioni mandari & erectionem Conventûs fieri permitteret. Quod & obtinuerunt sexto post datam Bullam mense per Diploma, quod ex schedis loci communicatum subjungo.

Anno 1486.

Carmelitæ petunt executionem hujus Bullæ.

„ MAXIMILIANUS Dei Gratiâ Romanorum „ Rex semper Augustus & PHILIPPUS ejusdem „ Gratiâ Archiduces Austriæ, Duces . . . Bra„ bantiæ . . . sacrique Imperii Marchiones . . . „ universis præsentes Litteras visuris & audituris „ salutem . . . . .

Diploma Principis desuper.

Ex Archivis Carmelitarum.

„ Notum facimus, quod Nos, qui Ordi„ nem Carmelitarum præfatum, Prædecessorum „ nostrorum vestigiis inhærentes, semper specia„ liter recommendatum habuimus, supplicatio„ nibus hujusmodi favorabiliter inclinati annuimus, „ consentimus & admittimus per præsentes erectio„ nem, fundationem & constructionem præfatorum „ domûs & Conventûs Ordinis Fratrum Car„ melitarum sub formâ & conditionibus præ„ scriptis: volentes easdem erectionem, funda„ tionem & constructionem fieri & ad plenum „ effectum deduci, secundùm formam & tenorem „ Bullæ apostolicæ prædictæ sine contradictio-

Anno 1486. „ne cujuscumque ; non obstantibus constitu-
„tionibus seu ordinationibus Prædecessorum
„nostrorum in contrarium fortassis editis, aut
„per Nos ac successores nostros imposterùm
„edendis, nec non aliis quibuscumque.

„In cujus rei testimonium sigillum nostrum
„præsentibus duximus apponendum. Datum in
„Oppido nostro Bruxellensi die XXIV. men-
„sis Julii anno Domini nostri millesimo qua-
„dringentesimo octuagesimo sexto & Regni nostri
„MAXIMILIANI primo."

Carmelitæ petunt Diploma ad particulares.

Cum autem hæc Principis concessio generalis esset, nec concerneret quemquam in particulari ad promovendam aut procurandam hanc erectionem, Princeps rogatus secundo post mense alteras dedit Litteras ad Cancellarium Brabantiæ & Schultetum Antverpiensem, quibus mandat, ut Diploma relatum executioni mandent &c., ut erectionem prædicti Conventûs procurent & promoveant, volens ut Senatus & populus Antverpiensis pro posse juvent. Litteræ hæ vernaculè conscriptæ integræ referuntur apud Sanderum *Chor. Brab. tom. II. pag. 247.*; unde hæc ad propositum subjungo.

Princeps committit Cancellarium & Schultetum Antv.

MAXIMILIAEN... *ende* PHILIPPUS... *Hertogen... van Brabant... Marckgraven des heylichs Rycx*... Jannen van Houchem *onsen Concellier... van Brabant, ende* Jannen van Ranst *onsen Schautech van Antwerpen... saluyt*.....

Bevelen seer ernstelyck, dat ghy t'samentlyck, ende besondere, soo verre u van den voorschreven onses Brieven van consente blycke, de selve set en stelt oft setten en stellen doet, soo dat behoirt, tot behoirlycker ende volkomender executien, gelyck dat naer inhouden der selver, ende besunder der voorsz. Bullen, daer af oock sal blycken, behoert ende schuldig is te geschieden,

schieden. Ontbieden daeromme ende bevelen . . . besunder onsen Amptman, Wethouderen, Raden ende allen anderen ingesetenen ende ondersaten der voorsz. onser Stadt van Antwerpen, dat zy u dit alles doen, obedieren, onderdanich ghehobrsaem sijn, ende alle behulp ende bystant doen hen mogelyck wesende . . . . . Anno 1486.

Gegheven door onsen Segel op den 16. dach der maent van september in't jaer ons Heeren duysent vier hondert ses-en-tachentich . . .

Interim Carmelitæ, sperantes se brevi obtenturos erectionem Conventûs, emerant hunc in finem duas domus contiguas cum horto proportionato sitas viâ Coriariorum, in quibus Fr. *Godefridus de Bollois* nomine futuri Conventûs inhæredatus est, ut constat ex Litteris asservatis in loco, datis 9. Novembris hujus anni octogesimi sexti.

Carmelitæ duas Domus emunt pro erigendo Conventu.

Domus autem hæ sitæ erant juxtà hodiernam posticam Conventûs viâ Coriariorum versus meridiem, inter fundum *Jacobi de Meyere* à Meridie & *Joannis vander Heyden* à septentrione, & una earundem protendebatur suprà dictam posticam, cujus introitus in hac emptione comprehensus non erat.

Carmelitæ itaque post obtentum suprà relatum Principis Diploma urserunt executionem; & non obstante, quod tum in Bulla Pontificis, tum in Diplomate Principis haberetur hæc clausula: *jure tamen Parochialis & beatæ Mariæ Ecclesiarum & cujuslibet alterius semper salvo in omnibus*, processerunt sine consensu Capituli aut Senatûs. Et *Joannem van Ranst* Schultetum induxerunt Fr. *Joannes Cattendyck* & Fr. *Petrus Mol*, tamquam principales in hac re actores, ut sibi vi relati Diplomatis locum assignaret ad erigendum Conventum. Hoc autem non tantùm fecit *Joannes van Ranst*, sed &

Schultetus Antv. ponit primum Conventûs Lapidem.

Anno 1486. primarium lapidem posuit, ut constat ex Bullâ INNOCENTII PP. datâ anno sequenti 1. aprilis asservatâ in loco.

Monasterium de Luythagen

Joannes van Ranst, de quo hîc agitur, erat schultetus Antverpiensis, Marchio terræ Riensis & Dominus de Cantecrode, de Mortsele & Edegem. Vir pius erat, qui anno 1494. in terris Dominii sui in Vico de Luythagen erexit Capellam in honorem S. Annæ, quæ ibidem adhuc hodie extat; & cœpit ad dictam Capellam construere Cœnobium pro monialibus tertiæ Regulæ S. Francisci, evocatis è cœnobio Perensi sub titulo *Sint-Annen-berg*, cujus constructionem & dotationem complevit anno 1497. obtentâ desuper approbatione Episcopi Cameracensis. Cœnobium illud hodie extat in Civitate sub titulo *Sint-Annen-dael*, aut communiùs *de Luythagen* à loco, in quo fundatum est. De hoc cœnobio & ejus fundatione plura infra ad annum 1621.

Capiutlum & Senatus se opponunt Carmelitis.

Cum itaque Carmelitæ sic sine consensu capituli aut Senatûs cœpissent ædificare, nec desistere vellent; cumque eadem ratio, quæ Senatum ante sex annos moverat ad differendam erectionem conventûs, adhuc subsisteret; Capitulum & Senatus contrà prædicta Diplomata Principi obtulerunt libellos supplices, exhibentes in eis rationes, ob quas hoc tempore non conveniret admittere erectionem prædictam, sed differenda esset usque ad completionem Ecclesiæ matricis. Capitulum autem etiam recurrebat ad Pontificem, qui judicem Apostolicum constituit Abbatem Parcensem per Bullam datam 1. aprilis anno 1487. asservatam in loco.

Recurrunt ad Principem & Pontificem.

Interim

Anno 1487.

Interim princeps his precibus motus Commissarios nominavit, qui rem hanc inter Capitulum Senatumque & inter Carmelitas examinarent; voluitque, ut partes assumerent seu eligerent judicem arbitrarium, qui sententialiter dissensionem finiret. Sic autem à Principe inducti elegerunt communi consensu Episcopum Sibinicensem Nuntium tunc apostolicum apud MAXIMILIANUM.

Princeps nominat commissarios.

Interim dum hæc hic agebantur celebratum est in Conventu Aquensi 6. may Capitulum Carmelitarum provinciæ Alemanniæ, in quo Patres non dubitantes, quin Bulla Pontificis & Diplomata MAXIMILIANI procurarent erectionem Conventûs in civitate Antverpiensi, decretum hoc desuper fecerunt: „Dispositionem novi „Conventûs per Dei gratiam erigendi in Oppido Antwerpiensi committimus R. M. Provinciali & venerabilibus Magistris & Prioribus „Conventuum circumjacentium in ejus visitatione. Qui etiam habebunt ordinare de receptis fructibus hoc anno de eodem Termino, „prout videbitur ipsis expedire. Et applicamus „Terminum iterum Conventui Antwerpiensi „assumpto ibidem & per Dei gratiam erigendo, absque contradictione cujuscumque „Conventûs aut personæ sub pœnis in statutis „taxatis." In eadem congregatione commissa est cura & procuratio hujus novi loci in monasterium erigendi prædicto Fr Joan. Aggherman aliàs Cattendyck Conventûs Mechliniensis Regenti, qui, ut suprà vidimus, commissionem desuper habuerat à Provinciali & Vicario Generalis ab anno octogesimo. Vide Lezana *Annal. Tom. IV. ad an.* 1493. Sed hæc hactenùs frustrà, cum res agitaretur coram judice arbitrario.

Carmelitæ deputant pro erectione Conventûs.

Anno 1487. Processio Dom. Palmarum.

Hoc tempore habebatur Processio solemnis Dominicâ Palmarum post distributionem Ramorum. In ea vehebatur super humili curru statua Salvatoris sedentis super asinam. Hoc autem anno octogesimo septimo statutum est, ut nulli hanc statuam traherent, nisi qui Terram sanctam visitaverant. Ita *Chron. MS.* Hodie Processio illa adhuc observatur, transitque per Ecclesiam S. Walburgis; sed solemnitas hæc vehendi statuam Salvatoris omissa est. Qui tamen Palestinam lustrârunt, adhuc hodie designatum locum habent in hac processione, & Statua illa Salvatoris adhuc hodie exposita videtur in Cathedrali ad columnam sub turri meridionali.

Pestis Antv. cessat invocato nomine Jesu.

Suprà ad annum 1479. vidimus in Ecclesia matrice erectam fuisse & fundatam Capellam SS. Nominis Jesu, officiumque illius Nominis tunc ibidem celebrari cœptum. Inde autem veneratio illius in populo sic crevit, ut fiduciam in eo collocaret in maximis necessitatibus. Patuit id hoc anno 1487., dum pestis vehemens grassabatur in Civitate: populus enim in hac necessitate eo venit, ut plenus fiduciâ singularum domorum valvis affigeret scedulas sacro-sancto Nomine JESU impressas. Pium autem hoc factum non sine prœmio fuit, nam pestis subitò cessavit, ut refert Papebrochius *Annal. Mss. ex Caukerkio.*

1488. Domus Leprosorum vulgò *Velt-zieken*.

Indicavi suprà, ultrà domum S. Lazari seu Conventum *Ter Zieken*, aliud in Suburbio nostro extitisse Leprosarium. Hoc verò tempore Leprosi, qui Conventum prædictum non inhabitabant, plura domicilia habebant in Suburbio; præcipuum autem extrà portam S. Georgii in via recta inter domos sanorum.

Leprosi

Leprosi hi vulgò dicebantur *Velt-siecken*, in Flandria *Acker-siecken*. Cum autem hoc inconveniens & propter contagionem periculosum judicaretur, Senatus per decretum 9. julii 1488. ordinavit, ut Domus ipsorum extrà portam S. GEORGII divenderetur, & quærerent sibi alium locum non in viâ rectâ, quem de consensu Senatûs inhabitarent. Quem autem locum tunc elegerint, non liquet. Interim Senatus per decretum 27. aprilis 1552. promisit his Leprosis ædificare domunculas *Leemen Huyskens*, quod & perfecit extrà portam rubram juxtà *Dambrugge*, ubi Leprosarium illud adhuc hodie extat; sed domunculæ lapideæ sunt. Constat hoc ex decreto Senatûs 9. aug. 1553. In hoc autem decreto mandat Senatus, ut Leprosi diebus dominicis & festivis simul cum suo Decano vadant ad Missam in S. Willibrordi, sic tamen ut maneant extrà Ecclesiam, & finitâ Missâ simul redeant sub magnâ pœnâ. Hinc colligere datur Capellam S. Job, junctam huic Leprosario, deinceps erectam fuisse. Anno autem 1601. 11. septembris ordinatum est à Senatu, ut Leprosi non inhabitantes Leprosarium juxtà *Dam-brugge* nec Monasterium *Terzieken* habitarent in *Lepel-straet* & juxtà *Huydevetters-toren*. Et per Decretum 2. aug. 1614. tempore Induciarum omnes non inhabitantes Conventum *Terzieken* iterum coacti sunt inhabitare domunculas juxtà *Dam-brugge*.

Anno 1488.

Quæstio inter Carmelitas & Antverpienses agitatur

Dissensio circà erectionem novi Conventûs Carmelitarum agitabatur coram Episcopo Sibinicensi judice arbitrario. Carmelitæ pro se habebant & allegabant Bullam Pontificis & Diplomata MAXIMILIANI, eorumque in illis patentem consensum & voluntatem. Antverpienses autem eandem rationem, quæ ipsos anno

Anno 1488.

octogesimo primo moverat ad differendam erectionem, allegabant; nempe restaurationem seu ædificationem Ecclesiæ matricis, quæ ex eleëmosynis perfici debebat.

Rationes allegatæ à Capitulo & Senatu.

Vidi inter schedas Capituli Instructionem ex parte Capituli & Senatûs datam Notario, qui pro ipsis rem hanc prosequeretur coram Commissariis. In ea in primis dicitur, quod Bulla Pontificis obtenta sit sub & obreptitiè, allegando falsum, nimirum quod communitas incolarum desideret constructionem Conventûs; & reticendo verum, nempe rationes infra dicendas, quas si Pontifex scivisset, prædictam Bullam non concessisset.

In primis, inquiunt, allegandum fuisset, quod Ecclesia matrix à multo tempore unicè sub spe eleëmosynarum cœpta sit ædificari, & anterior pars decursu annorum completa sit usque ad crucem (*Cruys-werk*) quæ jam dejecta & ligneis fulcimentis sustentata cum periculo totalis ruinæ imperfecta maneret, si Fr. Cattendyck cum suis intentum obtineret.

Secundò, quod dicta Ecclesia tum præ multiplici servitio divino, tum propter ædificationem prædictam gravata sit multis annuis reditibus, quos solvendo non foret, si consuetæ eleëmosynæ diminuerentur; quod fieret, si prædicta erectio ad effectum duceretur.

Tertiò, quod Incolæ gravati sint pluribus conventibus, piis domibus, Hospitalibus & aliis locis ex eleëmosynis subsistentibus, quibus sæpe penuria, & sæpiùs foret, si plures mendicantes admitterentur.

Quartò, quod ordinariæ eleëmosynæ Ecclesiæ matrici offerri solitæ jam notabiliter imminutæ sint propter nuperrimum bellum; unde adhuc hodie incolæ gravati sunt insupportabilibus oneribus & caritate omnium rerum. Deindè quod

Capi-

Capitulum pro commoditate civium nuper duas vel tres Parochiales Ecclesias erexerat, ad quas etiam ferebantur eleëmosynæ.

Anno 1488.

Unde concluditur, quod erectio novi Conventûs non tantùm præjudicaret matrici Ecclesiæ, Conventibus & aliis ex eleëmosynis viventibus, sed etiam aliis novis Parochialibus Ecclesiis & ipsis Incolis; cum tamen Pontifex in Bulla prædicta non concedat erectionem novi Conventûs nisi salvo jure cujusquam.

Conclusio quam inde ducunt.

Hæ sunt itaque rationes, quas habebant capitulum & Senatus ad non admittendam hoc tempore erectionem novi Conventûs pro Carmelitis.

Notandus interim hìc venit articulus tertius hujus instructionis, qui sic habet. *Item sijn d'Ingesetene der voors. Stad grootelic belast met vele Conventen, Godshusen, Gasthusen ende andere plaetsen op d'aelmoessenen levende, als sijn Predickeren, Observanten, sinte Clerensusteren, Derde Ordene van sinte Franciscus, Bogharden, Wit-susteren, Lollarden, Cellebruederen, Zwesteren, Blaubruederen, Susteren in de Infirmarie, Susteren van Ellewoutsdycke met meer andere, die dicwile menige gebreken hebben..*

Notandum.

Lollardi & *Cellitæ* hìc ponuntur tamquam diversi: & certè diversi erant non tantùm in habitu sed etiam in pietatis operibus, quibus incumbebant. Cellitæ enim incumbebant servitio infirmorum & sepulturæ mortuorum: Lollardi seu Nollardi unicè incumbebant visitationi infirmorum & præparationi ad piam mortem, exhortantes eos & curantes, ut tempestivè Sacramenta eis administrarentur. Quandonam autem dicti Lollardi Antverpiæ cœperint aut desierint, aut ubi habitaverint, hactenùs latet.

Lollardi Antverpiæ.

Hist. du Clergé Reg. & Sec. Tom. III. Pag 228.

Interim

Anno 1488. Interim suprà ad an. 1406. vidimus quemdam *Petrum Lauwaert* cognomento *Lollardum* calvicapitis condemnatum fuisse in peregrinationem Romam obeundam; credibile est *Petrum* illum non *cognomine* sed *professione* Lollardum fuisse. Unde conjicere possemus Lollardos illo tempore & anteà Antverpiæ substitisse.

Zwesteren nomen est Sororum nigrarum, quod ab adventu in civitatem communiter tulerunt.

Infirmaria sita erat in vico *Clapdorp*, dein translata in *Roystraet* ad S. Blasii; de qua suprà *tom. II. pag.* 2. & 65.

Quænam autem fuerint Sorores de Ellewoutsdycke, non liquet. Ellewouts-dyck pagus erat Zudbevelandiæ in Zelandia, ubi apparenter cœnobium steterit monialium, quæ in hanc civitatem confugerint ob inundationes & illic sedem fixerint. Sed cum deinceps de illis nihil legatur, præsumendum est eas desiisse.

Sorores ab Ellevvouts-dyck.

Anno seculi hujus nonagesimo nono fundatum est Gerontocomium S. Barbaræ viâ *de Lange-nieuw-straet*, è regione plateæ dictæ *Prochiaenstraet*, pro octo pauperibus mulierculis, quod hodie adhuc in prospero statu subsistit.

1489.

Fundatur Gerontocomium S. Barbaræ.

Quatuor domum hanc fundârunt, nempe NICOLAUS BOOT, MARIA VAN LILLE conjux ejus, MARGARETA VAN LILLE vidua Philippi Clerx & CATHARINA VAN LILLE vidua Victoris Aerts. Quatuor hi ædificium ad se spectans assignârunt, & singuli proventus duarum Librarum gr. annuos. Primus tamen præcipuus reputatur fundator, cum huic domui notabiliter benefecerit anno quarto seculi subsequentis, ut ibidem dicetur.

Fundatores.

Sic autem fundârunt hanc domum, ut omnes quatuor vitâ durante haberent directionem

Modus directionis.

domûs

domûs & dispositionem locorum, & ut ultimò supervivens solus haberet hanc dispositionem cum potestate designandi pro imposterùm directores. Patent hæc ex ipso Actu fundationis, quem subjungo ex copia authentica, prout refertur in Registro domûs, quod asservatur apud Patrem Alexianorum alterum hodiè domûs hujus provisorem. Anno 1489.

IN DEN NAME ons Heere Amen ..... By desen tegenwoirdigen openbaren instrumente soe is eenen yegelycken kenlic ende openbaer, dat in den jare ons Heeren, als men screeff duysent vier hondert achtentachtentich na costuyme van scrivene s'hoefs van Camerick... op ten sevensten dach der maendt van Februario ... in presentien van my openbaren Notaris ende getuygen ... compareerden in properen persoonen Claes Bood *ende* Marie van Lille *zyn huysvrouwe*, Margriete van Lille *weduwe wylen Philips Clercx, alias, In-den-boem, ende* Katliene van Lille *Weduwe wylen Vechter Aerts, te samen ende elck voer hem zelven, ingeseten der Stadt van Amwerpen onder den Hove van Camerick: ende hebben daer alle viere te samen geseet ende openbaerlic bekendt, dat sy geordineert ende gesloten hebben ter eeren Gods ende in saligheyden haerder zielen alsulcken* Huysingen *met* Hove, Gronde *ende* toebehoorten, *daer nu vier Cameren zyn beneden, ende vier Cameren boven, gestaen ende gelegen in de* lange-nyeuvstraete *tusschen Thoenis van der Hagen Timmermans huys ende erve aen de een zeyde, ende Claes Schildemans cameren aen d'andere zeyde, hen vieren gelyck toebehoorende, om Gods wille te gheven tot behoef van* acht arme Vroukens *tot eeuwigen dagen daer in te woonen.*

Litteræ fundationis.

Ex Registro Domus asservato apud Alexianos.

Soe eest, dat sy alle viere t'samen in alle der bester formen ende manieren, dat sy consten

ende

Anno 1489. *ende mochten, ter eeren Gods, puerlic om Gods wille ende in salicheden haerder alder zielen, de Cameren met heuren toebehoorten voergn. tot profyt van den armen Vroukens voers. overgegeven ende geresigneert hebben, gheven terstont over ende resigneren met alle den rechte, dat sy daer ane hadden ende houdende waren, in handen van my Notaris hier onder bescreven, dat stipulende ende ontfangende in den name die't nu aengaet ende namaels aengaen mach: ende kennen hen gheen recht meer daer ane te hebben of te behouden; behoudelic altoos dien, dat sy alle vier't samen alsoe langhe als sy leven de dispositie behouden zelen, omme die arme Vroukens daer in te stellen ende te regeren, als't noot sijn sal. Ende diesgelycx sal oock de lancstlevende van hen die dispositie alleene hebben, ende ordineren wie na sijn doot de dispositie daer aff hebben sal, alsoe verre als sy alle vier, drye of twee dat te samen nyet geordineert en zelen hebben.*

Noch soo gheeft Katliene van Lille *voers. alleene tot den Cameren voorg. puerlic om Gods-wille haren Hof, die sy achter de selve Cameren liggende heeft... ende alsoe verre als den Hof voergn. gheen twee ponde grooten Brabants erflic grontchys weerdt en is, soe begheert Katline voergn., dat men dat gebreck van haren anderen goeden nemen ende voldoen sal.*

Item Margariete *voers. die gheeft oock alleene tot den selven vier Cameren ende ten profite van den Vroukens... twee ponde groote Brabants erflic... ende desgelicx gheeft* Marie *voers. oock ten profite van den Cameren ende Vroukens voergn... twee ponde groote Brabants gront-chys erflick..., welcke ghiften voergn.* Claes, Marie *zyn Huys-vrouwe,* Margriete *ende* Katlyne *voergen. begheerden t'samen ende elck van hen...*

ben ... ende van weerden te houden ... sonder argelist ... Dit was gedaen in den huyse van Katline van Lille voergenoemt, gestaen t' Antwerpen in de Lange-nyeuv-straete in den jaere, indictien, daghe, maendt ende Pausdomme voergn., in presentien van ... getuygen ... Aldus onderscreven ende geteeckent, & ego Walterus Gheyten ... Notarius .... Anno 1489.

Cum quæstio inter Antverpienses & Carmelitas circà constructionem novi conventûs diu multumque agitata esset coram Episcopo Sibinicensi, tandem Episcopus per sententiam rem finivit, decernens erectionem novi Conventûs differendam esse, donec ædificatio Ecclesiæ matricis utcumque completa esset. Constat hoc ex Litteris, quas Capitulum anno 1493. scripsit ad Philippum Archiducem, in quibus hæc desuper leguntur. 1490. Quæstio inter Carmelitas & Antverpienses terminatur.

„ Verùm cum ante aliquot annos instantiâ „ horum Fratrum & quidem importunâ solicitaretur pariformiter erectio hujusmodi novi conventûs, ac nobis parochianisque visum foret ingens id præjudicium allaturum fabricæ nostræ Ecclesiæ, ac desuper altercatio exorta foret, reverendum Patrem bonæ memoriæ Sibinicensem Episcopum tunc apostolicæ Sedis Legatum, accedente jussu serenissimi Domini Genitoris vestri, utrimque deputavimus Arbitrum ac hujus dissentionis Moderatorem. Qui, prout prudens erat intellectis singulis hujus negotii circumstantiis, ordinavit differendam fore hujus conventûs erectionem, donec fabrica nostræ Ecclesiæ absoluta foret, aut saltem in parietibus & tecto consummata. Hoc pacto hæ res suspensæ fuere usque in hunc diem." Differenda erectio Conventûs.

Cessarunt itaque Carmelitæ post hæc quidquam moliri fere per annos tres. jam

Anno 1490.

Horæ Canonicæ in S. Jacobi.

Jam à tredecim annis in Ecclesiam parochialem elevata erat Capella S. Jacobi. Vix autem ad honorem istum provecta erat, quin parochiani desiderarent, ut in ea, sicut ordinariè solebat in Parochialibus, decantarentur septem horæ canonicæ. Hinc altero post erectionem anno *Elizabeth Backers* vidua *Zigeri Brugels* hunc in finem per testamentum reliquerat Libram gros. Brab. Ejus pietatem mox alii plures imitati sunt: ita ut hoc tempore sufficientes fundationes relictæ essent pro tam pio opere. Hinc itaque hoc anno millesimo quadringentesimo nonagesimo, septem horæ canonicæ in hac Ecclesia decantari cœperunt in Vigilia Nativitatis Domini, prout notatum vidi in Notitiis desumptis ex Archivis ejusdem Ecclesiæ.

Quæstio inter Episc. Cam. & Senatum Antverp.

PHILIPPUS BONUS Dux Burg. & Brabantiæ Marchio noster anno 1447. duobus secularibus Statibus Brabantiæ concesserat privilegium (relatum *Edic. brab. tom. I. tit. I. Cap.* 1.) quod derogabat jurisdictioni tertii membri nempe Ecclesiasticorum. Non obstante autem hoc privilegio Episcopi hactenùs perseveraverant in exercitio suæ jurisdictionis, licèt identidem desuper subortæ fuissent contestationes.

Circà jurisdictionem ecclesiasticam

Hoc autem tempore cœpit contestatio desuper agitari ex parte Senatûs Antverpiensis adversus jurisdictionem, quam exercebat Episcopus Cameracensis. Senatus recurrit ad Concilium Brabantiæ, à quo in vim præfati privilegii obtinet provisionem contrà Officiales Episcopi, qui jurisdictionem ejus nomine exercuerant aut executioni mandaverant. Et Senatus juxtà provisionem istam procedens eam executioni mandaverat in personas & bona eorumdem.

Senatus aggreditur Officiales Episcopi.

Episco-

Episcopus Cameracensis HENRICUS DE BERGHIS cum rescisset hunc procedendi modum excommunicationem promulgavit in Senatum Antverpiensem, & civitatem interdicto subjecit. Anno 1490. Episcopus excommunicat.

Pœnæ hæ spirituales, post multa ultrò citroque agitata, moverunt Senatum, ut cum Episcopo amicabiliter convenirent, & statutis quibusdam punctis pacem renovarent & firmarent. Itaque desuper utrimque deputati missi sunt Mechliniam, qui ibidem convenerunt 9. septembris anno 1490. & puncta statuerunt, quæ utrimque observare promiserunt. Deputati Episcopi & Senatus conveniunt Mechliniæ.

Episcopus autem & Senatus ea approbaverunt & sigillis suis munierunt 13. januarii anno 1491.

Utrumque Diploma desuper confectum refert Anselmo *Edict. Brab. Tom. I. tit. I. cap.* 5. & 6. sed ordine præpostero: nam quod primò ponit est sequela illius quod ponit posteriori loco. Error inde venit, quod non reflexerit Auctor ad Stylum Cameracensem, quo annus finiebatur in Paschate, unde mensis septembris præcedebat mensem januarii ejusdem anni.

Convenerunt itaque Mechliniæ Deputati 9. septembris & puncta ad concordiam conceperunt nempe. Concordatum inter ipsos.

1. Quod exercitium jurisdictionis ecclesiasticæ & civilis, sine præjudicio cujusquam, maneret in statu, in quo fuerat ante quatuor annos.

2. Quod consequenter Antverpienses renuntiarent duabus Provisionibus impetratis in Concilio Brabantiæ, & executionibus earundem in Officiales & bona eorum.

3. Quod similiter ex parte Episcopi levarentur Excommunicatio & Interdictum.

4. Quod Episcopus imposterùm exerceret jurisdictio-

Anno 1490. risdictionem in tribus punctis, nempe; testamentis, contractibus antenuptialibus & bonis ecclesiasticorum amortizatis.

Litteras autem super hac conventione confectas, quibus appensum fuit sigillum Civitatis Antverpiensis, subjungo ex Anselmo loco suprà citato Cap. 6.

Diploma desuper.

ALLEN den ghenen, die dese letteren sien oft hooren, Borchmeesteren, Schepenen *ende* Raede *der Stadt van* Antwerpen *saluyt.*

WY doen te wetene, alsoo nu onlancx seker ghescbil opgeresen is geweest tusschen den eerweerdichsten Vader *in Gode mynen Heer* Bischop van Cameryck *ter eenre;* Borchmeesteren, Schepenen *ende* Raede *der Stadt Antwerpen, ter anderen syden; uyt dien; dat de selve Borchmeesteren, Schepenen ende Raede ten onderhouden van privilegien; van de twee weerlycke* Staten *des landts van* Brabant; *op d'onderhoudt van de weerlycke jurisdictie by Hertoghe* PHILIPS *saligher ghedachte, in den jaere van seven-enveertich verleent, hadde verworven sekere provisie in den Raede van Brabant op de Officiers myns Heeren van Cameryck, ter instantien van sijnen promoteur ende tot bewaernisse van sijnder gheestelycke jurisdictie, hadde doen expedieren sekere brieven van catatie (l. citatie) oft monitien, uyt welcken declaratie van* banne *op de Wethonderen ende Raedts-luyden, en legghinghe van* Ces *t'Antwerpen vervolght is.*

Edict. Brab. Tom. I. tit. I. cap. I.

Waeromme op den negensten der maent septemb. minnelycke communicatie in de Stadt van Mechelen, tusschen de voorscreve partyen ghehouden is gheweest. Ende na vele ende diversche redenen ter eenre ende ter ander syden verhaelt ende gheallegeert, soo wort geaccordeert ende ghesloten dat ghescbil ende differentie van de gebruycke der gheestelycke *ende* wereltlycke

Jurisdictie,

Jurisdictie, (*daer op midts de voorschreven privilegie questie was*) *souden in sulcken state, ende sonder prejudicie van elck rechte, worden ghestelt, als elck der voorschreven partyen stonden, ende was over ontrent vier jaer gheleden; als om der selver questien by onsen aldergenadighen Heere, doen Erts-hertoghe ende nu Roomsche Koninck, en by sijnen Raede ende dachvaert gheordonneert was te houdene in der Stadt van Dieste, tusschen den Bisschoppe van Ludicke ende Cameryck oft hunnen ghedeputeerde ter eenre, ende onsen aldergenadighen Heere, als Hertoghe van* Brabant, *ende sijne 2. wereldtlycke Staten ter ander sijden: welcken dagh-vaert ten cortsten dat moghelijck waere, tusschen de voorschreven partyen ghehouden ende verheven soude worden tot ghelogbenen daghe ende plaetse.* Anno 1490.

Ende dat desen navolghende die van Antwerpen af-souden-doen de twee nieuwe provisien metter executien, op de voorschreven Officiers oft heure goeden ghedaen, in den Raede van Brabant als voren gheimpetreert, sonder cost myns Heeren van Cameryck voorschreven.

Ende dat insghelijck af-ghedaen souden worden ende gheammoveert de voorschreven Ban *ende* Cesse.

Voortaene dat myn Heer van Cameryck sal ghebruycken sijn jurisdictie van de drye poincten voorschreven, te weten van testamenten *van* houwelyckse voor-waerden *ende van gheestelycke* gheamortizeerde goederen.

Ghedaen ter presentie ende teghenwoordicheyt myns voorschreven Heer van Cameryck, den Proost van Ludicke, den Officiael, den Choordeken van Mechelen ende den ghedeputeerden der Stadt van Antwerpen ter voorschreven plaetse, ende op den neghensten dagh der maent september voorschreven, in't jaer ons Heeren alsmen

Anno 1490. *schreef* 1490. *Des wy toirconden den seghel ter saecken der Stadt van Antwerpen voorschreven, aen dese letteren hebben doen hanghen ende was onderteeckent J. de Nichte.*

1491. Post hanc præliminarem conventionem, articulis secundo & tertio executioni mandatis, partes iterum convenerunt ad rem hanc finiendam & utrimque debito modo stabiliendam. Episcopus, assistentibus sibi *Arnoldo van Weymeren* J. U. D. Officiali suo Bruxellis, *Henrico Gyselberti* Decano S. Rumoldi Mechliniæ & *Cornelio Slootmaker* Landecano Antverpiensi; & Senatus nomine Civitatis. Hi autem ad evitandas lites simul concluserunt, quod Episcopus juxtà promissa in suprà relata conventione haberet cognoscere & judicare de causis in materia testamentorum, contractuum antenuptialium & bonorum ecclesiasticorum, sicut Episcopi hactenùs consueverant; sic ut qui pro simili casu alterum in judicium traheret, non impediretur ex parte Senatûs quoquomodo sub minis excommunicationis, nec à quoquam licentiam ad hoc petere deberet. Salvo tamen quod contractus hic non præjudicaret communicationibus imposterùm fortè habendis super memorato Privilegio. Diploma desuper confectum & utriusque partis sigillis firmatum refert Anselmo loco suprà citato *Cap.* 5. undè hìc illud subjungo.

Concluditur & firmatur per Episcopum & Senatum.

Diploma desuper.

WY HENDRICK van den Berghe Bisschop van Cameryck ende Grave van Camersiis &c. in d'een partye : BORGEMEESTEREN Schepenen *ende* Rade *der Stadt Antwerpen in d'ander partye, bekennen ende verlyden onderlinge, dat (naer de communicatie gehouden tusschen onsen* Bisschop van Cameryck *ten by sijne van Meester* Aert van Weymeren *Doctoor in beyde rechten onsen Officiael tot Brussele,*

Meester

Meester Hendrick Hyselbert *Deken van S. Rombauts tot Mechelen ende Heer* Cornelis Slootmaecker *onsen Lantdeken t' Antwerpen alle onse dienaeren, ende* Borch-meesteren, Schepenen *ende* Raede *der Stadt Antwerpen, voorghegeven in den naeme der selver stadt, op 't different tusschen ons van beyde seyden uytstaende, aengaende den onderhouden van de* Gheestelycke jurisdictie, *spruytende uyt eene privilegie den lande van Brabant, by wylen saliger memorien Hertoghe PHILIPS van Bourgundien, in den jaere* 1447. *verleent ende gheoctroyeert, alsoo wy Borghemeesteren, Schepenen ende Raede der Stadt van Antwerpen seggen ofte sustineren.* Anno 1491.

Wy partyen voorschreven, om te beschouwene alle rigeuren ende staenheden van processen, ende liefde ende minne te onderhoudene overcommen, ghesloten ende gheaccordeert sijn in der vueghen naer beschreven.

Als dat wy Bisschop van Cameryck *voorghenoempt hebben ende ghebruycken de kennisse ende judicature der saeken in der manieren, als ons in de communicatien ander wylen* (9. sept. 1490. supra relatâ) *ghehouden in de stadt van Mechelen by den ghedeputeerden van voorsaeten van onse* Borchmeesteren, Schepenen *ende* Raede *der Stadt van Antwerpen voorschreven, doen sijnde, toeghesegt ende belooft is gheweest; te weten van* Testamenten, Houwelycxle-voorwaerden *ende* Gheestelycke goederen *met dat daer aenclevet ende toebehoort: ghelyck wy Bisschop van Cameryck voorschreven ende onse Voorsaeten in de saecken voorschreven tot hier toe gheuseert ende ghepossesseert hebben; sonder dat den ondersaeten d'een den anderen om eenigher van voorschreven saecke wille voor onsen Bisschop van Cameryck ofte onsen Officiael voorschre-*

ven

Anno 1491. *ven soude willen betrecken, eenigh belet daer inne ghedaen sal worden van ons Borchmeesteren Schepenen ende Raede der Stadt van Antwerpen voorschreven, by dryghemente van banne, oft andersints in eenigher manieren. Ende sonder dat de partyen eenighen oorlof souden derven oft moeten nemen voor den gheestelycken gherechte te compareren.*

Behoudelek dien dat dit accoordt, overdrach ende tractaet sal sijn ende blyven sonder eenighe prejudicie, afnemen oft achterdeel van der communicatien, die men namaels op die deucht oft ondeucht van de voorschreven previlegie met onsen Bisschop van Cameryck voorschreven, onsen ghedeputeerden oft anderen, dien dat aengaen mach; sal moghen houden.

Ende te dien eynde dat dit voorschreven tractaet ende accoordt eenen yeghelycken kondich soude sijn, ende dat hy hun daer naer souden moghen vueghen, soo is voorts tusschen ons geaccordeert ende ghesloten, dat men dat te kennen gheven ende verclaeren sal den dry Leden ende breeden Raede der selver stadt voorghenoemt. Tot desen gherenuntieert ende affghegaen; renuntieren ende gaen-af mits desen alsulck impetratie van mandemente, als onlancx op d'onderhouden van de voorschreven privilegie by onsen voorsaeten Wethouderen aen onsen Heer den Cancellier ende Raede van Brabant verworven ende gheimpetreert sijn gheweest, sonder fraude oft arghelist.

In oirconden der waerheyt ende vasticheden der dinghen voorschreven, soo hebben Wy Hendric van Berghen *Bisschop van Cameryck voorschreven onsen zeghel, ende Wy* Borgh-meesteren Schepenen *ende* Raede *der stadt van Antwerpen voorghenoempt den Seghel ter saeken der selver stadt aen dese Letteren doen hangen op den* 13. *dach der maent jannuarius in't jaer ons Heeren* 1490.

naer

naer costuyme van schryve des Hofs van ons Bisschop van Cameryck voorschreven. (id est 1491.) Anno 1491.

Van Espen *Tom. II. in Tract. hist. Can. pag.* 194. agens de duobus his concordatis dicit : *hocque jure hodie utitur Episcopus Antverpiensis in locum Cameracensis suffectus.*

Cognitionem trium harum causarum confirmavit Curiis spiritualibus in Brabantia sitis CAROLUS V. Imperator in Additione ad lætum Ingressum *Art.* 3.

Turris S. Jacobi ædificatur.

Eodem hoc anno nonagesimo primo, cum ecclesia S. Jacobi ampla satis non esset pro multitudine Parochianorum, nec splendida pro tanto honore; Parochiani splendorem Ecclesiæ matricis æmulantes, eam etiam amplificare & exornare proposuerunt. Cœperuntque opus hoc anno nonagesimo-primo ac primò jecerunt fundamenta Turris magni moliminis, ut *Grammaye* &c. *le Roy.* Turris autem hæc incompleta mansit usque in hodiernum diem. Porrò ædificatio hujus turris & ipsius Ecclesiæ renovatio occasio fuit ad ulteriùs differendam admissionem conventûs Carmelitarum, ut infrà dicetur.

Altare officio curiali proprium in B.M

Ecclesiæ matricis pars anterior jam utrimque completa erat. In latere septentrionali ab anno 1465. juxtà turrim locatus & dedicatus fuerat fons baptismalis; & in eodem latere ab anno 1479. constructa fuerat Capella B. Mariæ per Confraternitatem in honorem ejus institutam, & eodem anno Altare SS. Nominis Jesu juxtà baptisterium. Hoc autem tempore, cum utcumque completum esset latus meridionale, in eo erectum est Altare Curiali officio proprium, hocque anno nonagesimo-primo dedicatum, ut refert Grammaye. Papebrochius autem *Annal.*

Anno 1491. *MSS.* refert hoc factum anno 1482. , ubi dicit Altare illud pluris quam ter mille trecentis Imperialibus stetisse (summa hæc ingens est pro qualitate ævi.) & HENRICUM DE BERGIS Ep. Cam. illud consecrâsse, & in eo primam Missam celebrâsse.

Alexiani petunt licentiam erigendi Capellam.

Alexiani seu Fratres Cellitæ, qui jam ferè à sesquiseculo in hâc Civitate fundati erant in Vico *de Zuerstraet*, in fundo, quem usque in hæc tempora inhabitabant, quemque deinceps secavit platea dicta *Vleminx-straet*, quique jam ab anno seculi hujus sexagesimo primo professionem religiosam fecerant, hactenus in domo sua non habebant Capellam nec cemeterium, licèt Sixtus PP. IV. ea Fratribus & Sororibus Cellitis concessisset per Bullam datam anno septuagesimo-secundo: sed Pontifex addiderat hanc clausulam *sine Præjudicio cujuscumque*, & sic necessarius erat consensus Capituli tamquam Pastoris & Patroni loci. Consensum autem illum tandem hoc anno nonagesimo-primo obtinuerunt sub certis conditionibus, quas & acceptarunt, ut patet ex Litteris desuper utrimque confectis, quas ex originalibus subjungo.

Obtinent à Capitulo cum jure sepulturæ.

Ex Archivis Capituli.

„ UNIVERSIS & singulis presentes Litteras „ inspecturis, visuris & audituris, DECA- „ NUS & CAPITULUM Ecclesie Collegiate „ beate Marie Opidi Antwerpiensis Camera- „ censis Diocesis salutem in Domino sempi- „ ternam.

„ Cum ad ea, per que Christi fidelium „ devotio, augmentum cultûs divini ac anima- „ rum salus procurantur, libenter intendimus, „ dilectorum nobis in Christo DIONISII DE „ TIELBORCH Patris & CONVENTUS Fratrum „ domûs CELLITARUM Ordinis sancti Augustini

„ in

„ in dicto Opido Antwerpiensi degentium sup- Anno
„ plicationibus inclinati, consentimus quantùm 1491.
„ in Nobis est & de jure possumus, quod in-
„ frà cepta ejusdem domûs, que infrà limites
„ dicte nostre Parochialis Ecclesie sita dinosci-
„ tur, versùs plateam illic sitam, nova Ca-
„ pella cum campanili, campana & altaribus
„ convenientibus erigatur, construatur & edifi-
„ cetur, quodque ipsa Capella pro ipsius do-
„ mûs Patre & Fratribus ac Novitiis, infrà an-
„ num probationis existentibus, pro tempore
„ infrà cepta ejusdem domûs decedentibus dum-
„ taxàt & nullis aliis, etiam si ibidem suam
„ elegerint sepulturam, sepeliendis consacre-
„ tur.

Census annuus.

„ *Statuentes* & ordinantes, quod ipsi Pater
„ & Conventus pro tempore & sui successores,
„ loco denarii oblationum, singulis annis in qua-
„ tuor principalibus Solempnitatibus offerri de-
„ biti & soliti, Nobis & nostris successoribus
„ perpetuis futuris temporibus singulis annis in
„ Vigilia sancte Pasche sex solidos groff. mo-
„ nete Brabantie fide mediâ liberè & sine con-
„ tradictione quâcumque consignare & persolve-
„ re erunt astricti. Ac à Plebano seu Vice-ple-
„ bano dicte nostre Ecclesie singula ecclesiasti-
„ ca Sacramenta, sicut hactenùs soliti fuerunt,
„ recipere tenebuntur; aliis quibuscumque obla-
„ tionibus tam ratione funeralium & exequia-
„ rum, aut aliàs undecumque & ex quavis causa
„ illuc pro tempore provenientibus Nobis inte-
„ grè reservatis: quas fideliter fide eorum me-
„ diâ Nobis & nostris successoribus fideliter &
„ integraliter deliberare & tradere tenebuntur.
„ Aliis etiam consuetudinibus & Statutis per
„ ipsos Fratres observatis in suo robore perman-
„ suris.

Circà oblationes.

Circà Missas & conciones.

„ Volentes, quod nulle Misse ibidem funden-

Anno 1491. „ tur & celebrentur, nisi fundatio hujusmodi per „ Nos admissa & celebrans institutus fuerit. „ Neque Sermones aliquos ibidem fieri volumus „ temporibus, quibus illi in ipsa nostra Ecclesia „ fieri sunt soliti.

„ Et si in premissis quoad dictionum ac vo„ cabulorum predictorum expositionem vel de„ clarationem dubium aliquod occurrat, illius „ interpretationem nobis ac nostris successoribus, „ quotiens & quantumcumque opus fuerit, re„ servamus.

„ In quorum omnium & singulorum fidem & „ testimonium premissorum presentes Litteras „ exinde fieri & per Notarium nostrum infra„ scriptum subscribi mandavimus, nostrique „ sigilli, quo in rebus utimur, jussimus & „ fecimus appensione communiri.

„ Datum & actum in loco nostro capitulari, „ Nobis inibi propter premissa & aliàs capitula„ ter congregatis, die veneris sextâ mensis may, „ anno Dni millesimo quadringentesimo nonage„ simo primo. De Haesdonc Notarius."

Capella hæc ampliùs non extat. Alexiani circà annum 1546. transmigrârunt ex hoc loco ad Parochiam S. Jacobi, unde Plebanus cessavit ipsis administrare Sacramenta. Vetus monasterium & hæc Capella, quæ stetit in loco, quem dein secavit platea dicta *de Vleminxstraet*, divendita fuerunt ad profanos usus concedente Pontifice per Bullam datam anno 1548. ut infrà dicetur. Inde hodie nulla eorum vestigia videntur.

Sepultura in Ecclesiis. Cæterùm hìc notandum, quod Alexianis non concedatur Cemeterium ad sepeliendum mortuos, quod concessum vidimus in omnibus Concordatis, in quibus conceditur jus sepulturæ etiam monialibus. Sed conceditur, ut Capella consecretur ad sepeliendum in ea corpora Fratrum. Similem concessionem necdum

vidi

vidi. Signum interim est, quod hoc tempore communis usus hìc esset sepelire in Ecclesiis. Anno 1491.

Alexiani eodem die reciprocas Litteras dederunt, quibus, cum gratiarum actione acceptantes concessionem Capituli, sese obligant ad satisfaciendum conditionibus ab eo præscriptis. Litteras illas ex originali subjungo. Alexiani acceptant concessionem & conditiones.

„ UNIVERSIS & singulis presentes Litteras „ inspecturis, lecturis & audituris DIONISIUS „ DE TIELBORCH Pater & CONVENTUS Fratrum „ domûs CELLITARUM Opidi Antwerpiensis Or- „ dinis sancti Augustini cameracensis Diocesis „ salutem in Domino sempiternam, & presen- „ tibus fidem indubiam adhibere. *Ex Archivis Capituli.*

„ Notum facimus, quod nos gratiam & con- „ cessionem nobis per venerabiles & circumspec- „ tos Dnos Dnos Decanum & Capitulum Ec- „ clesie Collegiate beate Marie Antwerpiensis „ dicte Diocesis ad nostras instantiam & suppli- „ cationem gratiosè factas, & in Litteris eo- „ rum, quibus hee nostre presentes sunt trans- „ fixe, expressas, maturè deliberati de nostro „ unanimi consensu cum omni gratiarum actio- „ ne acceptavimus, laudavimus, & summam „ sex solidorum groff. mon. brabantie annuè in „ vigilia Pasche ipsis Dnis DECANO & CAPITU- „ LO solvere, ac omnia & singula per ipsos „ Dnos DECANUM & CAPITULUM statuta & ordi- „ nata in ipsis Litteris contenta, descripta & „ narrata, etiam salvis omnibus illis, que ipsi „ Dni Decanus & Capitulum voluerunt in hu- „ jusmodi suis Litteris salva manere, realiter & „ cum effectu intertenere, adimplere, & non per „ nos vel alium, quovis etiam exquisito ingenio „ vel colore, contrà dicere, facere vel venire „ quoquo modo pro nobis & nostris successori- „ bus promisimus & convenimus; ac nos &

„ suc-

Anno 1491. „ successores nostros ac nostra & eorum bona que„ cumque mobilia & immobilia, presentia & futu„ ra ad hoc efficaciter obligavimus & ypothecavi„ mus, prout tenore presentium acceptamus, lau„ damus, promittimus, convenimus, obliga„ mus & ypothecamus; statutis, privilegiis & „ indultis contrariis, nobis & Ordini nostro „ concessis, si que sint, & imposterum for„ san concedendis, quoad premissa expresse „ renuntiamus, omnibus dolo & fraude seclu„ sis.

„ In quorum fidem & testimonium premisso„ rum presentes Litteras exinde fieri & per dis„ cretum virum Dnum Henricum de Haesdonc „ eorumdem Drum Decani & Capituli Notarium „ juratum signari & subscribi supplicavimus, „ nostrique sigilli fecimus appensione commu„ niri.

„ Datum & actum Antwerpie in dicta nostra „ domo, nobis inibi conventualiter in loco „ nostro conventuali solito congregatis, die „ sextâ mensis may, anno Dni millesimo qua„ dringentesimo nonagesimo-primo. De Haesdonc „ Notarius ad premissa per Patrem & Conven„ tum predictos rogatus."

1492. Leprosarium *Ter-zieken* petit Reformationem. Domicellæ Leprosarii Antverpiensis, hactenùs siti in suburbio, habebant quidem Statuta pro directione Domûs, sibi præscripta ante annum 1237. per GODEFRIDUM Episc. Cam.; sed hæc jam antiquata erant, & vix usui in pluribus articulis, notanter in illis, quæ concernebant Fratres, qui tunc in dicta domo cum Sororibus vivebant, quia illi jam ab immemoriali cessaverant. (*vide supra tom. I. p. 219.*) Desiderabant itaque Religiosæ, ut articuli concernentes prædictos Fratres abolirentur & quoad Dnam Rectricem extenderentur. Recurrunt itaque ad Episcopum Camera-

Cameracensem supplicantes quatenùs hoc efficere dignaretur, & pro exigentia temporis nova statueret. Consensit Episcopus & nova Statuta domui præscripsit, in quibus insuper varii ejus temporis defectus corriguntur. Litteras ejus desuper confectas subjungo ex Copia desumpta ex Registris loci. Anno 1492.

„IN NOMINE sanctæ & individuæ Trinitatis „amen. HENRICUS DE BERGIS Dei & „apostolicæ Sedis gratiâ Episcopus Cameracen„sis universis & singulis præsentem pagi„nam inspecturis salutem in Domino sempiter„nam. 1493.

Episcopus præscribit nova Statuta Leprosario.

Ex Archivis Eleëmosynariorum.

„Quoniam, sicut accepimus, felicis recor„dationis Dominus GODEFRIDUS Camera„censis Episcopus prædecessor noster auctorita„te suâ ordinariâ pro domo Leprosorum, pro„pè & extrà muros Oppidi Antverpiensis nostræ „Dyocesis situata, in qua olim nonnulli *Fra„tres* & *Sorores* sub regularibus habitu & dis„ciplina in communi vivere consueverunt, non„nulla edidit Ordinationes & Statuta, juxtà & „secundùm quæ Fratres & Sorores præfati vi„vere debuerunt: & Fratres hujusmodi tractu „temporis in ipsa domo esse desierint, prout „à tempore hominum memoriam excedente nul„li Fratres in dicta domo extiterunt, & de præ„senti minimè sunt.

„Pro parte Dominæ Rectricis seu magistræ „& Sororum earumdem Nobis fuit humiliter „supplicatum, quatenùs præfatas Ordinationes „& Statuta quoad prædictos Fratres auctoritate „nostrâ ordinariâ inficere & abolire, & quo„ad Dominam Rectricem præfatam extendere & „ampliare, ac, quatenùs opus sit, de no„vo statuere & ordinare dignaremur.

„Unde nos HENRICUS Episcopus, atten„dentes virorum mores feminarum moribus & è

„conver-

Anno 1493. „ converso minùs convenire, seu viros religio-„ sos feminis religiosis cohabitare dissonum satis „ fore; supplicationes quoque Rectricis & Con-„ ventûs hujusmodi esse justas & consonas ra-„ tioni; quodque justa petentibus non est dene-„ gandus assensus: Auctoritate nostrâ ordinariâ „ præfatâ & quâ fungimur in hac parte præ-„ narratas ordinationes & Statuta, Fratres præ-„ dictos quoslibet tangentia inficimus, irritamus, „ abolimus & annullamus, eaque pro infectis, „ irritis, abolitis & nullis de cætero haberi vo-„ lumus & decernimus; nec non ordinationes & „ Statuta hujusmodi quoad Rectricem præfatam „ tamquam caput dictâ auctoritate extendimus & „ applicamus; & quatenùs opus sit, ut Rec-„ trix & Sorores in dicta domo pro tempore „ degentes in habitu, gestu & incessu ac mo-„ destiâ victûs & vestitûs se à seculo & secula-„ rium personarum conversatione sequestrent, „ de novo statuimus, decernimus, volumus & „ ordinamus &c."

Sequuntur Statuta vernaculo idiomate, ex quibus non nisi paucos Articulos, qui attentionem merentur, subjungo.

Ætas requisita ad professionem.

1. „ *In den eersten institueren en insetten Wy,* „ *willen ende ordineren, dat soo wat Maghet,* „ *by der goddelicken inspiratien ofte insprakene be-* „ *trocken sijnde, in't voirs. Huis hare begeeft* „ *Gode te dienen, dat die ter gehoorsaemheit* „ *geensints en' sal worden ontfangen, voor dat* „ *sy volbracht heeft het vyfthienste jaer haers on-* „ *derdoms, ende dat si eirst als Novitie vier* „ *maenden lanck onder die Susteren ende Siecken* „ *voirs., in't voirs. Huis bider tydt wesende,* „ *bekeerende bepruest waere; ende dat sy desselfs* „ *Huis arbeyt ende maniere van levene onder-* „ *sueckene.*

Novitiatus quatuor mensium.

Epis. desiderat ut observetur annus.

„ *Niet dat wy by desen dencken buyten te* „ *sluytene,*

„ſluytene , maer willen liever , dat alſulckda- Anno
„nige bequaem Perſoon een jaer lanck , als voirſ. 1493.
„is , aldaer verkeerende gepruefſt worde , aleer
„ſi ten Profeſſie ontfaen worde , gelikerwys dat
„tot noch toe in 't voirſ. Huis onderhouden is
„geweeſt : 't en waere dat omme nootſaecken
„wille ofte om des Goidshuiſe orboir profiten
„waere alſulckdanige Perſoon naer die voirſ. 4.
„maenden tot ſulcken Profeſſie t' ontfangen ; ende
„dan ten leſten eeſt , dat het der Vrouwe des
„voirſ. Huis ende den Prieſter , die van den
„voirſ. Suſteren ſiele in 't geeſtelyck die ſorge
„draeght , ende noch vier Suſteren , die de
„Vrouwe daer toe verkieſen ende nemem ſal ,
„belieft ende orbaer duncke : Soo ſal die Perſoen , Profeſſio coram Sacerdote proprio.
„die te Profeſſien es , onder die Stole ende in
„der handen des voirſ. Prieſters bi openbare uut-
„ſpreken renuncieren ende afgaen der Weirelt
„ende haers eygen willen ende haerder tyt-
„lycken goeden naer der manyren alhier beſchre-
„ven.

2. „Ick Suſter N. belove den almachtigen Formula Profeſſionis.
„Godt minen Schepper eeuwige continentie des
„levens , reynigheyt myns Lichaems , ende U
„Vrouwe behoorliker onderdanigheyt , ende ver-
„thidinge des eygendoms ende verbetringe mynre
„ſeden , naer den Regulen van ſinte AUGUSTYN
„ende der Inſtituten des voirſ. Huis , voer U
„Prieſter ende alle Heyligen , welcker Reliquien
„in deſe Kercke ſijn geſticht ende getimmert ;
„ter eeren Godts ende ſinte Nicolaes Confeſſor
„ende Biſſchop . . . .

Hæc Profeſſionis formula coincidit cum illa, quam anno 1429. Commiſſarii Pontificis præſcripſerant Sororibus Hoſpitalis, ut ſuprà ad illum annum vidimus. Pro profeſſione in Hoſpitali requirebant annum decimum ſextum completum, & pro Novitiatu ſex menſes, ut *ibid.*

29. „En-

Anno 1493.

De lectione horarum.

29 „ *Ende ofte enyge van den selven Susteren*
„ *desen dienst ofte getyden niet geleeren nochte*
„ *gelesen en conden, soo sal die in dien gevalle gebonden sijn te lesene in die stede van de*
„ *getyden den Pater noster, gelyck die Leecke-*
„ *susteren gewoonelic sijn te lesen.*

Religiosæ hæ usque in hodiernum diem persolvunt horas Canonicas. Exceptio autem pro illis, quæ legere non possunt, etiam præscripta fuit Hospitali per prædictos Commissarios, ut *ibid.*

Abusus circà canes correctus.

30. „ *Voort selen hen de Susteren wachten van*
„ *honden te houdene ofte op te voedene anders*
„ *dan voer het bewaerene van den Huise, die*
„ *des daeghs gebonden plegen te staen. Noch dat*
„ *sy geene honden ofte catten onder den dienst*
„ *Godts in de Kerck, nochte in den Refter met*
„ *hen en bringen.*

Abusus hic etiam correctus fuit in Hospitali per prædictos Commissarios, ut suprà retulimus ad annum 1292.

Numerus Sororum.

37. „ *Voertane willen ende ordineren Wy, op*
„ *dat het voirs. Goedshuys naemaels, bi den ont-*
„ *fangen van te veele onnuttelicker Persoonen,*
„ *niet te seer belast en worde, dat behalven*
„ *ende boven't getal van der VII. Susteren, die*
„ *men tot noch toe geplogen heeft t'ontfangen,*
„ *men daer toe nemen sal ende dien getal toe-*
„ *voegen twee Susteren daer toe abil ende bequaem*
„ *wesende, in die stede van den vier Bruede-*
„ *ren, die daer naerder eersten Institutien des*
„ *Huys innegeseth waeren; ende niet meer als*
„ *twee en sal men boven't voirs. getal mogen*
„ *ontfangen, 't en waeren, dat openbaeren oir-*
„ *baer ofte noodt des Huys vermeerderinge des*
„ *getal heisschende waere: welker oirbaer ofte*
„ *noodtsaeck gepruest wesende, selen by oorlove*
„ *by Ons ofte ons Vicaris in't Geestelyck, ende*

„ *niet*

„ *niet anders*, „ *den voirs. VII. ende twee Sus-* Anno
„ *teren noch een andere ofte twee*, *ende niet meer*, 1493.
„ *mogen toegevueght worden* ....

„ Ut igitur præmissæ ordinationes & statuta Conclusio
„ perpetuò firmè & ratè persistant & illibatè Litterarum.
„ auctoritate nostrâ ordinariâ & ex certa scien-
„ tia eas duximus roborandas & confirmandas,
„ prout & præsentis scripti patrocinio robora-
„ mus & confirmamus.

„ In quorum omnium & singulorum fidem &
„ testimonium præmissorum præsentes nostras
„ Litteras exinde fieri, nostrique sigilli, quo
„ in talibus utimur, jussimus & fecimus appen-
„ sione communiri anno Dni 1492. die 9. men-
„ sis febr. secundùm stylum scribendi ecclesiæ
„ Gallicanæ." Adeoque anno 1493.

Extabat hoc tempore HOSPITALE sub titulo Hospitale S. Joannis.
S. JOANNIS, situm juxtà portam, cui nomen
erat ab isto Sancto, habebatque Capellam, in
qua plura erant Altaria. Cum autem in ea hoc
tempore fundata esset perpetua Capellania ad
Altare majus, Directores recurrunt ad Pon-
tificem pro confirmatione hujus fundatio-
nis.

Pontifex autem ALEXANDER VI. Bullam de- Capellania in eo fundata confirmatur.
super dedit X. Kal. januarii anno 1493. ad
Abbatem S. Michaëlis, eum committens ad
rem hanc examinandam & authoritate apostolicâ
fundationem confirmandam. Abbas S. Michaëlis
Bullam hanc executioni mandavit anno 1495.
9. novembris. Ita Papebrochius *Act. SS. Tom. I.*
junii Pag. 953. *n.* 83. Quandonam Hospitale
hoc fundatum sit, aut ad quem finem, hac-
tenùs latet. Interim de eo mentionem vidimus
suprà ad annum 1431. *tom. II. pag.* 231. De
eo lego in *Chron. MS.*, quod destructum sit
anno 1502., dum porta S. Joannis dejecta
fuit

Anno 1493. fuit & constructus novus pons, qui retinet nomen S. Joannis. Quo autem fundationes in eo factæ translatæ sint, non liquet.

Carmelitæ citantur coram Abbate Parcensi.

Cum Carmelitæ iterùm quædam moliri cœpissent circà erectionem novi Conventûs, citavit eos ad suum tribunal Abbas Parcensis Judex apostolicus in hac re constitutus per Bullam datam anno 1487.; prohibuitque nè quidquam attentarent, antequàm quæstio judicialiter per sententiam terminata esset. Et coràm hoc judice res agitari cœpit, ut constat ex sententiâ Concilii Ducis infrà ad hunc annum referendâ.

Pro erectione Conventûs recurrunt ad PHILIPPUM.

Carmelitæ autem considerantes jam tam multos annos in ista dissentione elapsos esse, & desperantes de bono successu coram hoc judice, statuerunt iterum recurrere ad Principem, sperantes fore, ut per ejus preces aut imperium res hæc ad effectum duceretur. MAXIMILIANUS absens erat à multo tempore agens in Germania; PHILIPPUS autem, qui hoc tempore agebat decimum quintum ætatis annum, agebat Mechliniæ necdum emancipatus. Hunc itaque accedunt. Exponunt, quomodo mater ejus MARIA desiderasset erectionem hujus Conventûs, imò voto vovisset eum suis sumptibus erigere, rogantque, ut hoc Matris desiderium executioni mandet.

Princeps rem aggreditur.

PHILIPPUS Archidux his precibus motus, pro pietate ergà Matrem defunctam, ejus desiderium exequi statuit. Committit Antverpiam Cancellarium, qui suo nomine ponat primum lapidem novi erigendi Conventûs; Aderat *Godefridus Greveray* ex ordine Carmelitarum Episc. Dagnensis suffraganeus Cameracensis cum consensu Episc. Cameracensis ad benedicendum locum. Simul autem cum his dederat Philippus Litteras

ad

ad Capitulum Antverpiense ; quibus rogat Canonicos, ut juxtà desiderium Matris suæ admittant erectionem Conventûs. Constat ex infrà referendis. Anno 1493.

Cum autem PHILIPPI Litteræ destinatæ essent, & Capitulum occasione absentiæ plurium Canonicorum non sat citò desideratum responsum dedisset ; processum est viâ facti ; procurantibus processum hunc Fr. *Joan. Cattendyck* & Fr. *Petro de Mol* religiosis Carmelitis ; & sine consensu Capituli positus fuit iterùm primus lapis ; idque per Cancellarium, ut constat ex diplomate MAXIMILIANI infrà dando ; & locus benedictus fuit per Episcopum Dagnensem ; qui & Altare erexit & Missam in eo celebravit. Facta sunt hæc 22. Octobris hujus anni nonagesimi tertii ; & quidem intempestâ nocte (*Chron. MS.* horâ tertiâ) ne scilicet solemnitati impedimentum poneretur.

Ponitur primus lapis & locus consecratur.

Locus hic consecratus, erat totus fundus quem Carmelitæ tunc possidebant ; id est duæ domus viâ Coriariorum cum modico horto retrò eas. Altare autem erectum fuit per Episc. Dagnensem verosimiliter in cubiculo alterutrius illarum Domorum ; quod mutatum fuit deinceps in Capellam ; cujus posterior pars ad oculum usque in hodiernum diem subsistit ; & est ingressus domûs contiguæ posticæ Conventûs viâ Coriariorum ad meridiem.

Quis locus consecratus.

Statim autem plures Fratres è Mechliniâ missi ad capiendam possessionem novi Conventûs & ibidem conventualiter vivendum ; latitantes in juxtà jacentibus taguriis arundineis, in quibus priùs Cerdones & Pellipari habitaverant, hic celebrare, laudes decantare, Verbum Dei prædicare & cætera salutis opera exercere cœperunt. Ita Schedæ locii.

Carmelitæ incipiunt exercere pietatis opera.

Anno 1493. Mane autem facto res hæc per Civitatem divulgata fuit, & per totam diem ad novitatem hanc concursus maximus; quisque pro pietate suâ donâ ferebat ad perficiendum inceptum opus.

Concursus ad hunc locum.

Auferuntur oblata & indicitur cessatio ex parte Capituli.

Interim Capitulum B. M. deliberabat, quid in tali temporis constitutione agendum foret. Statuerunt itaque unum è suis mittere ad locum consecratum; deputarunt autem *Antonium Mast* Canonicum, qui nomine Capituli oblata auferret, prohiberetque progredi in incepto opere. Venit itaque hic ipsâ die post meridiem cum Notario & Testibus ad locum consecratum, & coram eis inde abstulit oblata, indicans eas spectare ad Capitulum, & prohibens Fratribus nè procederent in incepto opere.

Carmelitæ recurrunt ad Aulam.

Carmelitæ, qui simile factum non expectaverant, recurrunt ad Aulam & ad PHILIPPUM Archiducem, qui agebat Mechliniæ, exponuntque factum, conquerentes de violentiâ & injuriâ sibi illatâ, & notanter de ablatis oblatis. Princeps autem his motus scribit desuper ad Capitulum has minaces Litteras, quibus iterum rogat, ut Canonici Conventum admittant, quas ex originali subjungo.

Philippus scribit desuper ad Capitulum

Ex Archivis Capituli.

A NOZ treschers & bien aimez les Doyen & Chappitre de l'Eglise notre Dame en notre Ville d'Anvers. De par l'ARCHIDUC d'Austriche, Duc de Bourg., de Brab., Conte de Fland., d'Artois, de Bourg., de Haynnau &c.

Treschers & bien aimez, vous ne povez ignorer l'erection & benisson faite du nouveau Convent notre Dame des Carmes *en notre Ville d'Anvers à l'instance, priere & poursuite de Mons. le Roy notre Pere & de Nous, en especiale affection & devotion pour l'honneur de Dieu & de l'augmentation de son divin service, à quoy ceulx de notre ditte Ville ont baillie liberal offertement.* *Toutes*

Toutes voyes vous maucontens de ce ou autrement indeuement l'un d'entre vous, nommè messr. Anthoine Mast, s'est ingerè au jour de la ditte Benisson, d'aler lever & emporter les aulmosnee, offrandes & oblations, qui y furent faittes, & si les menacer de leur faire . . . plusieurs troubles & empeschement. Comme entendu avons. Anno 1493.

A la quelle cause, trescheires & bien aimez, Nous vous prions . . . . que vous en deportez en toute charité & doulceur en leur restituant ou faisant restituer les dittes oblations ainsi prinses & levèes, & aussi les souffrant prescher par les Eglise de notre ditte Ville, celebrer & faire tous autres actes à leur vocation appartenants. Sauf voz droiz en telz cas acoustumèes, & par ce les laissez en paix, Autrement Nous n'aurons cause d'estre contens de vous, & les assisterons comme il appartiendra.

Trescheire & bien aimez . . . . soit guide de vous. Escript en notre ville de Malines le XXVII. jour d'Octobre, quatrevint & treise. DUTHER.

Sequenti die emanat ex Aula Diploma sub nominibus MAXIMILIANI absentis & PHILIPPI Archiducis necdum emancipati, per quod Princeps Carmelitas & novum eorum Conventum suscipit in specialem protectionem, & mandat Justitiariis, ut faciant eis restitui ablata. Diploma illud vernaculè conscriptum subjungo, prout communicatum est ex Archivis loci. Diploma in favorem Carmelitarum.

MAXIMILIAEN by der gratie Godts Roomsch Koningh . . . ende PHILIPS . . . Eershertoghen van Oostenryck, Hertoghen van . . . Brabant . . . Marckgraven des heylighs Ryck . . . saluyt. *Ex Archivis loci.*

Alsoo als sekeren tyt geleden by onsen wille, weten en versuecken de plaetse, Kerke *en*

 Godts-

Anno 1493. Godts-huys van onser liever Vrouwen van den Berghe van Carmeli *in onser Stat van Antwerpen heeft gewyt ende geëonsacreert geweest by den eerweerdighen Vader in Gode den Bisschop van Cameryck* (id est de ejus consensu per Epis. Dagnensem suffraganium ejus) *mits den welken ende dat onse lieve ende getrouwe Riddere en Cancellier van Brabant Heer* Jan *Heere* van Houthem *ende* van Huldeberghe *by onser ordinantien aldaer den eersten Steen geleet heeft , Wy de selve plaetsche ende Religieusen van dier hebben in sunderlinghe recommandatie , willen dat sy gehouden worden in heurlieden saufvegarden ende protectien.*

Niet te min , want Wy verstaen , dat een geheeten H. Anthonis Maste , *in name van den* Capittele *onser Collegiale Kerke van onser liever Vrouwe van onser voors. Stadt van Antwerpen oft andersints hem onbehoorlyck geadvanceert heeft , te comen ende te nemen de offerande ende gifte gedaen ten voors. daghe van Wyinge der voors. Kerke van onser lieve Vrouwe van den Berghe van Carmeli. Soo doen Wy te weten , dat Wy desen aengesien t'voors. Godts-huys met ook der Religieusen desselfs , met allen haeren dienaren , familien , haeven ende goeden , hoedanigh die sijn , genomen hebben ende geseth , nemen en setten , mits des onser brieven , in onser sunderlinger hoeden , saulvegardien ende bescermenisse , alleene om in hunnen rechten ende possessien gehouden ende van allen ongelyck , crachte , fortse ende geweldt beschudt ende beschermt te sijne.*

Ontbieden daeromme ... allen onse ... Justicieren ende Officieren ... elck van hun ... hier op versocht , dat soo verre hun blycken van dese voors. is , en besunder van aenveerdinghe ende van nemighe deser voors. offers by den voors.

Heer

Heer Anthonis Mast *als boven gesciet sy, als dan den voors. Heer* Anthonis *van onsen weghen bevelen, ende op dats noot sy, daer toe bedwinghen, als allen behoorlycken weghen ende manieren van bedwanghen daer toe dienende, dat hy alle het gene, des hy als boven aengeveirt ende wegh gedraghen heeft, den voors. Religieusen restituere ende wedergeve.* Anno 1493.

Ontbieden hem voorts en bevelen, dat hy de voors. Religieusen, heur Kerke, Goidts-huys, dieneren, familie, haeven en goeden, hoedanigh die sijn, van onsen t'weghen beschudden en bescermen van allen ongelyck, crachten, fortsen ende ghewelde, die men hun eenighsints t'onrechte en teghens redenen ende beschut toevueren soude moghen: van den welken oft ghy bevindt, dat haer die eenigh als nu toegevuert sijn, het sy aen hun selven, heure Kerke, Goids-huyse, dieneren, familie, haeven ofte goeden teghen dese onse teghenwoordighe saulvegarde, Wy willen, dat sy terstont ende sonder vertreck die af ende te niet doen, ende ons alsulcken rechtinghe ende reparatien doet gescieden, als daer toe sal behooren: dese selve onse saulvegarde behandighen t'allen stede ende plaetschen ende sunderlinge aen den voors. H. Anthonissen *ende voorts aen allen anderen Persoonen, dees de voors. Religieusen die behandight sulken willen hebben. Ende in teecken van dien setten oft doen setten onsen pinchul van Wapen aen ende voor de Kerke, Klooster, Huysen, Hoven ofte Wooninghen der voors. suppliantem, daer sy desen aen hebben begeeren sullen, ende doen den selven suppliantem met allen heuren dieneren en famillien verseekeren, ende van allen den genen daer die voors. suppliantem aff begeeren sullen verseekert te wesen; die verseekerende, op dats noots sy daer toe bedwinghende die*

Anno 1493. *met allen behoorlycken weghen en manieren van bedwangh daer toe dienende ; Verbiedende voorts die voors. Heer* Anthonissen, *op dats noot sy, sijnen* medeplegeren *ende allen anderen, die dat behooren sal, ende een igelyck van hen op te verbeurte, te weten de Geestelycke van hunnen temporelen, ende andere van lyve ende goede, oft andersints daer af gecorrigeert te worden by Ons, alsoo behooren sal naer gelegentheyt des misdaet, dat sy by hen noch by andere den voors. suppliánten, heuren dieneren, familie, haven, ende goeden en misdoen ofte doen misdoen aen heuren voors. lyve, leden ofte goeden noch andersins in eenighe manieren. Want Wy dit aldus gedaen willen hebben.*

Ende des toirconden hebben Wy onsen Segel aen desen onsen Brieff doen hangen. Gegeven in onse Stadt van Mechelen op den XXVIII. dagh van October in t'jaer ons Heren duysent vier hondert en XCIII....

Diploma hoc nihil proficit Carmelitis.

Hoc Diploma FF. Carmelitas juvare non poterat, cum solùm in eo daretur protectio ad eos manutenendos in suis juribus & possessionibus & ad avertendas injurias: jam autem de eis quæstio non erat, sed de invasione & violatione juris alterius, nempe Ecclesiæ matricis & Capituli, quod PHILIPPUS in Litteris pridie datis & suprà relatis etiam volebat manere salvum: sicque non obstante hoc Diplomate Capitulo liberum manebat sese opponere erectioni novi Conventûs.

Respondet Capitulum ad primas Litteras PHILIPPI.

Interim Capitulum, quod necdum responderat ad Litteras PHILIPPI, quas acceperat antè consecrationem Conventûs, & in quibus Princeps rogaverat, ut consentiret in erectionem illius, tandem responsum dedit eodem die, quo Princeps secundas dederat. nempè 27. Octobris. In illo, post datam rationem ob quam

tam

tam diu distulerat responsum, exhibet rationes, ob quas in erectionem novi Conventûs consentire non posset. Subjungo illud, prout Copia illius asservatur in Archivis Capituli.

Anno 1493.

Ex Archivis Capituli.

„POST humillimam exilis servitutis nostræ „oblationem ac orationum profusionem SERE„NISSIME PRINCEPS clementissime Do„mine, Epistolas has, quæ hiis diebus nobis „redditæ sunt, quibusque vestra Excellentia „nos requirit, quatenùs adjumento simus, „ut desiderio quondam Genitricis vestræ „inclitæ, memoriæ, quoad constructionem „novi Conventûs Fratrum Ordinis Carmelita„rum in hoc Opido vestro Antwerpiensi, fiat „satis, hiis quibus tenemur observantiâ & de„votione accepimus. Quibus ante aliquot dies „respondissemus, si non impedimento fuisset „absentia nonnullorum Beneficiatorum in nostra „Ecclesia, quos etiam hæc causa concer„nit.

„Jam tandem omnium eorumdem accedente „consensu eâ, quâ tenemur humilitate res„pondemus vestræ SERENITATI, cujus jussi„bus ac requisitioni tametsi in singulis, quan„tum cum Deo possumus, parêre simus de„bitores, in hiis tamen, quæ & augmentum „Religionis & cultûs divini piæ se ferunt, „peculiari & firmiori vinculo nos obstrictos „fateri necesse est: cujusmodi hæc est, quam „usque adeo vestra CELSITUDO cordi habere „videtur causa. Non tamen, quantùm de „ingenitâ vestrâ benignitate sperare datur, ea„dem ægrè feret, si horum rerum conditio„nem, quasque ob causas vestris requisitioni„bus illicò non paremus, quæ forsan „ab hiis, qui hanc causam prosequun„tur, aut suppressa sunt aut non expo„sita, narremus.

L 4 „Cum

Anno 1493.

Rationes ob quas Capitulum differebat consensum in erectionem Conventûs.

„ Cum enim Ecclesia beatissimæ MARIÆ Virginis, quæ unica & Collegiata & Parochialis existit in insigni Opido vestro Antwerpiensi, ob vetustam ejus institutionem, personarum quoque Ecclesiasticarum numerosam turbam, quæ in ea residet eandemque officiat, decorem insuper & assiduitatem, qui in eâ fit, divini cultûs (quippe cum singulis diebus illic suprà centum Missæ celebrentur) usque adeo ipsum vestrum Opidum, ad quod undique terrarum ad eas, quæ bis in anno illic servantur, Nundinæ toto orbe terrarum celeberrimæ, ingens confluit populi multitudo, exornari videtur; ut inter præcipua, quæ tanto Opido splendorem afferunt, annumeretur; curæ... semper fuit claræ memoriæ Prædecessoribus vestris, incolis etiam vestri Oppidi eam Ecclesiam condignis semper favoribus, privilegiis ac prærogativis prosequi, manutenere ac, si quando opus foret, rebus ipsis adjuvare.

„ Et cum ante annos quàm plures hæc ipsa Ecclesia in fabrica aut ædificiis visa foret minùs accommoda aut saltem tanti populi non capax, per prædecessores nostros coadjuvantibus parochianis & incolis immensum ædificii opus, & tanto Opido dignum necessariumque, & inchoatum est & pro majori parte absolutum. Quod impossibile quidem factu fuisset, si non omne eorum studium per tot annorum spatium fuisset, cæteris omnibus posthabitis, soli huic operi consummando intendere.

„ Verùm cum ante aliquot annos instantiâ horum Fratrum & quidem importunâ sollicitaretur pariformiter erectio hujusmodi novi Conventûs, ac nobis parochianisque visum foret ingens id præjudicium allaturum fabri-

„ cæ

„ nostræ Ecclesiæ, ac desuper altercatio exorta „ foret, reverendum patrem bonæ memoriæ „ Sibinicensem Episcopum, tunc apostolicæ „ sedis Legatum, accedente jussu serenissimi „ Domini GENITORIS VESTRI, utrimque de- „ putavimus Arbitrum ac hujus dissentionis mo- „ deratorem. Anno 1493.

„ Qui prout prudens erat, intellectis singu- „ lis hujus negotii circumstantiis, ordinavit „ differendam fore hujus Conventûs erectionem, „ donec fabrica nostræ Ecclesiæ absoluta foret, „ aut saltem in parietibus & tecto consummata. „ Hoc pacto hæ res suspensæ fuêre usque in „ hunc diem.

„ Impræsentiarum verò hi iidem Fratres, pro- „ ut nobis visum, etiam immemores dicti „ Arbitrii pactorumque initorum ac ordinationis „ divinarum Litterarum (quæ devotionem abs- „ que discretione respuunt, prout in veteri „ testamento nullum absque sale fas fuit offerre „ sacrificium) ac molestissimâ, proch dolor, „ temporum conditione, quâ causantibus lon- „ gorum Bellorum pertractu, omnique penè „ rerum usui hominum necessariorum caritate „ sive egestate singula defecisse videantur.

„ Accedit præter hæc, quod nostra Ecclesia „ tanto ære alieno gravata existat pro hâc, „ quæ præteritis annis ædificata est fabrica, ut „ certi redditus ejusdem non sufficiant pro eo, „ quem tenetur singulis annis pendere censum; „ usque adeo quod ex incertis elemosinis eidem „ persolvendo, ac residuam fabricæ partem „ subire necesse sit. Restat enim major ac etiam „ principalior pars ædificanda, hæc videlicèt, „ quæ à cancellis Chori est, in qua etiam „ major pars populi tempore Divinorum se con- „ tinet, ac divina percipit Sacramenta; cujus „ etiam tectum impræsentiarum ligneis colump-

„ nis

Anno 1493. „ nis ſuſtentatur non abſque ingenti , quod for-
„ midamus , periculo : cum vi tempeſtatis aut
„ ventorum impetu evenire poſſet , quod avul-
„ ſis ipſis columnis , quæ tanto oneri ferendo
„ vix ſufficiunt ; tota moles , quod Deus aver-
„ tat , corrueret ac ingentem populi opprimeret
„ turbam.

„ Quibus quidem periculis , ut obviemus
„ quantociùs , nulli uſque adeo rei intenti ſu-
„ mus quantùm neceſſariæ hujus fabricæ con-
„ ſummationi ; pro quâ abſolvendâ nichil de
„ contingentibus obmittimus , ſingula , quæ in
„ hunc finem uſui eſſe poſſunt , applican-
„ tes.

„ Eſt præterea alia Parochialis Eccleſia hiis
„ annis (in honorem S. Jacobi erecta ob Paro-
„ chianorum commoditatem , cum ipſa matrix
„ Eccleſia tanti populi capax non foret) quæ in
„ ſtructuris & ædificiis prorſus imperfecta eſt ac
„ ingenti egens juvamine ; in cujus vicino loco
„ hii Fratres Conventum erigere conſtituerunt
„ in ... præjudicium ymò exterminium & noſ-
„ træ & illius Eccleſiæ , quarum fabricis mag-
„ na pars elemoſinarum hoc pacto adimere-
„ tur.

„ Cum verò ILLUSTRISSIME PRINCEPS tanta
„ ſit in hoc Opido veſtro Antwerpienſi turba
„ utriuſque ſexûs eccleſiaſticarum perſonarum ,
„ ut eam potiùs diminuere quàm augeri conſul-
„ tum viſum foret ; cum vix eis alimenta ſint
„ & pro majori parte egeant , elemoſinæque
„ Chriſti fidelium deficiant , ſintque inter eos
„ etiam duo Conventus Fratrum mendicantium
„ ingentem numerum Fratrum continentes , qui
„ quotidie prædicationi verbi Dei intenti , Præ-
„ dicatorum videlicet ac Minorum ; impuden-
„ tiſſima videtur dictorum Fratrum deprecatio ,
„ qui , cum intrà quatuor leucarum ſpatium

„ inſig-

„ insignem habeant Conventum, unde ad hoc Anno
„ Opidum quàm facillimus est eis sive navigio 1483.
„ sive terrestribus vehiculis accessus, nosque
„ eos cum prædicaturi verbum Dei adveniunt,
„ summâ humanitate recipiamus; indignum vi-
„ sum est ac non rectè actum, quod tam
„ iniquo tempore & in tanta fabricæ Ecclesiæ
„ matricis necessitate, omniumque nostrûm,
„ Ecclesiarumque & Conventuum onere, in-
„ teresse ac dispendio tam importunè prosequantur
„ novi Conventûs erectionem, non tantùm ob
„ necessitatem sive commoditatem; verùm po-
„ tiùs voluptatem.

„ Eam ob rem SERENISSIME PRINCEPS,
„ quantò humiliùs valemus, vestram excel-
„ lentiam deprecamur obnixè, quod in-
„ dignanter non ferat, si hujus Conventûs
„ erectionem, insequendo arbitrium dicti Do-
„ mini Legati, in aliquot tempus, ad quod
„ nos necessitas fabricæ nostræ impellit, differa-
„ mus; donec & ipsa consummatior sit, &
„ Parochiani aliquot annis tantis calamitatibus ac
„ egestate, quibus ob malevolam temporum
„ conditionem affecti fuêre, exempti resipis-
„ cant, ac largiores conferant, quæ impre-
„ sentiarum non parùm imminutæ sunt, ele-
„ lemosinas. Quo tempore hiis vestris tum jussui
„ tum desiderio humiles coadjutores nos exhibituri
„ sumus, pro cujus felici & congruo statu
„ jugiter Dominum Deum, ut ipsam vestram
„ CELSITUDINEM triumphantem ac longævam
„ conservare dignetur, deprecaturi sumus."

In dorso ponebatur, Litteras has datas fuisse 27. octobirs 1493.

Notandum in his Litteris, quod asseratur hoc tempore in hac Civitate tantùm duos mendicantium Ordines habuisse Conventum, eosque quoti-

FF. Prædic & Minores prædicant quotidie.

Anno 1493. quotidie verbum Dei prædicâsse. Hoc autem usque in hodiernum diem observant FF. Prædicatores.

Capitulum offert Libellum supplicem.

Diplomati autem, quod ex Aula prodierat, opposuit Capitulum Libellum supplicem, cujus inscriptio hæc erat : *Au Roy notre Sire & à Mons. l'Archiduc son filz*. In eo petit Capitulum, ut erectio Conventûs differatur ad decem annos, quo tempore sperabat ædificationem Ecclesiæ matricis consummatam fore. Cum autem in Libello illo referantur eædem rationes & ferè eodem modo, sicut in relata Epistola ad Archiducem PHILIPPUM, superfluum foret hìc eum inserere.

Princeps quæstionem circà erectionem Conventûs Carmelitarum remittit ad Concilium.

Simul ac Archidux PHILIPPUS Epistolam Canonicorum recepisset, & rationes Capituli intellexisset, cessavit rèm hanc ulteriùs urgere, & eam remisit ad Cancellarium & Consiliarios suos, qui agebant Mechliniæ ; ut eam amicabiliter inter partes terminarent, conservantes jura Dominii sui. Hunc in finem citati sunt Mechliniam ad septimam mensis sequentis Capitulum, Episcopus Dagnensis, qui Conventum consecraverat, & Carmelitæ : prout constat ex Litteris Archiducis PHILIPPI datis quartâ die post datas prædictas Litteras Capituli, nempe ultimâ octobris, quas ex originali subjungo.

Litteræ PHILIPPI desuper ad Capitulum.

Ex Archivis Capituli.

„ VENERABILIBUS, devotis, Nobis „ summè dilectis DECANO & CAPITULO Eccle„ sie Collegiate B. Marie Oppidi nostri Ant„ werpiensis PHILIPPUS Archidux Austrie, „ Burgundie, Brabantie, Comes Flandrie &c.
„ Venerabiles, devoti, sincerè dilecti ac„ cepimus Litteras vestras, quibus quod reve„ rendus Pater Episcopus Dagnensis, Rdi in „ Christo Patris Episcopi Cameracensis suffraga„ neus, vobis invitis, quod minimè fieri de-

„ buisset,

„ buisset, in vestre jurisdictionis prejudicium, „ vestre nec non Ecclesie complementi protrac- „ tionem, Incollarum etiam Oppidi nostri „ Antwerpiensis onus atque gravamen, in eo- „ dem oppido monasterium ordinis Carmelita- „ rum de novo ut erigeretur permisit atque „ concessit; nec non ibidem Altare unum erex- „ erit & super eo Missam nocturno tempore „ celebraverit &c., contrà pacta inter vos & „ dictos Carmelitas, anteà per reverendum in „ Christo Patrem, dùm viveret, Episcopum „ Sibinicensem ..., tractata, certos Nos faeitis, „ hiis desuper provisionem petentes. Anno 1493.

„ Quamobrem vos requirimus ad septimam „ novembris proximam, vestros de his amplis- „ simè informatos cum plenariâ potestate apud „ dilectissimum nec non fideles nostros Cancel- „ larium & Consiliarios .... Mechlinie delega- „ re, ut eisdem, prefato etiam Suffraganeo „ nec non Carmelitis, quos ad tunc demanda- „ vimus, auditis, hec & alia, si plura in- „ ter partes fuerint, per dictos nostros Cancel- „ larium & Consiliarios, jura nostri Dominii „ in eâ conservaturos, amicabiliter, quod sum- „ mè cupimus, componi & tractari valeant. „ Valete. Ex oppido nostro Mechliniâ octobris „ die ultimâ. DUTHER."

Ad hanc citationem ex parte Capituli Mech- liniam deputati sunt *Petrus de May* Decanus, *Joannes de Beka* & *Carolus Cotereau* Canonici: Ex parte Carmelitarum Fr. *Joannes Cattendyck* & Fr. *Joannes Bast*. Quantùm autem ad Epis- copum Dagnensem, non videtur comparuisse, cum de eo mentio non fiat in sententia Conci- lii infrà dandâ. Deputati utrimque ad Concilium.

Comparuerunt itaque statuto die, nempe septimâ novembris; & auditis utrimque ratio- nibus posterâ die Concilium dedit sententiam interlocu- Sententia interlocutoria.

Anno 1493. interlocutoriam, cujus originale vidi, in quâ partibus indicitur, ut monumenta adferant, quibus probent asserta; & citantur ad diem decimam nonam ejusdem mensis.

Rationes utrimque allegatæ in Concilio.

Statuto hoc die iterùm comparuerunt Deputati utriusque partis. Ex parte Capituli dictum est: Ecclesiam suam matricem esse in Civitate, habentem jurisdictionem Archidiaconalem (hoc primùm lego de hâc Capituli jurisdictione) cum pluribus juribus & auctoritate super aliis Ecclesiis. Nulli licere de jure communi erigere de novo Ecclesiam, Oratorium aut Conventum in Civitate & Patronatu suo sine suo expresso consensu & salvo jure Parochiali & Patronatûs. His non obstantibus Joan. Cattendyck & Petrum de Mo! Religiosos attentasse de novo Ecclesiam & Conventum erigere, & de facto procurasse consecrari Altare procedentes in ædificatione: omnia hæc contrà voluntatem Capituli in magnum præjudicium & protractionem complementi fabricæ Ecclesiæ matricis.

Ex parte Religiosorum dictum est, erectionem & consecrationem factas esse auctoritate Pontificis, de consensu Epis. Cameracensis & de Consensu Archiducis & populi & communitatis Antverpiensi. Dilationem quondam statutam per Capitulum ad triennium jam expirasse & continuatam fuisse ad sexennium jam transactum.

Canonici persistentes in antedictis replicuerunt, Pontificem non obstante suo consensu rem permisisse judicialiter terminari, & ad hoc per specialem Bullam delegâsse judicem apostolicum Abbatem Parcensem; primam itaque Bullam suspensam manere, donec per Delegatum sententia lata esset; Abbatem post citationem Religiosis interdixisse quidquam attentare ante finem causæ. Consequenter, cum res necdum termi-

nata

nata esset, omnia, attentata per Religiosos annihilanda esse. Anno 1493.

Perstiterunt Religiosi in primò dictis.

Patent hæc ex sententiâ desuper postridie latâ in Concilio, per quam Cancellarius & Consiliarii rem hanc remittunt ad judicem apostolicum Abbatem Barcensem per eum judicialiter terminandam. Sententiam illam subjungo ex originali.

Concilium Archiducis remittit rem ad Judicem Apostolicum.

AU JOURD'HUI XX. jour de novembre l'an mil quatre cent quatre vint & treise comparans par devant Messrs le Chancelier *& gens du grant* Conseil *du Roy des Romains notre Sr. & de mon tres redoubte Sr. Monsr. l'Archiduc d'Austrice maitres* Pierre de May *Doyen*, Jehan de Beka & Charles Cotereau *Chanoines de l'Eglise notre Dame d'Anvers pour & au nom du Chapitre de la ditte Eglise d'un part, Et maistres* Jehan Cattendyck & Jehan Bost *Religieux de l'Ordre de notre Dame des Carmes d'autre ....*

Sententia desuper in Concilio lata.

Ex Archivis Capituli.

Referuntur deinde utrimque allegata & hic suprà relata: & tandem concludunt.

Des quelles Choses considerées per Mons. le Chancelier *& autres Messr. du dit grant* Conseil d'Etat, *&* qualité *des personnes & de la matiere subjecte, a esté dit, que l'on remect & delaisse la connoissance de ceste matiere au dit Juge sur ce delegué de par notre dit* saint Pere *pour en faire & ordonner comme il appartiendra par raison. Fait à Maline les jour & an, que dessus.* LE FEVRE.

Simul ac sententia hæc communicata esset, conciderunt animo Carmelitæ: clarè videntes, attentata circà erectionem Conventûs restituenda esse in pristinum statum. Prior Mechliniensis, qui è suis miserat ad constituendum novum Con-

Prior Mechliniensis iterùm mittit Terminarios Antverpiam.

Anno 1493. Conventum Antverpiensem, & ad quem antea Terminus Antverpiensis spectaverat, de novo terminarios nominat & mittit; inter quos prædictus Fr. Cattendyck, qui jam per quatuordecim annos laboraverat ad procurandam hanc erectionem; ut nimirùm hic ad manum esset, si quando adhuc aliqua spes refulgeret. Mittit autem per Litteras, datas tertiâ die post datam sententiam, quas ex originali subjungo.

Ex Archivis Capituli.

„ UNIVERSIS & singulis Ecclesiarum Recto-„ ribus DECANO Collegiate Ecclesie beatissimè „ Dei genitricis Marie Antwerpiensis & in Villa-„ giis circumjacentibus constitutis. Frater Go-„ DEFRIDUS DE BEKA humilis Prior Conventûs „ Mechliniensis ordinis Fratrum beatissime Dei „ genitricis semperque virginis Marie de monte „ Carmeli, dilectos in Christo Fratres *Johan-„ nem Agghermanı* aliàs *Cattendyck* sacre Pagine „ Professorem & *Petrum Cardinael* sacre Theo-„ logie Bachalarium conjunctim vel divisim tam-„ quam viros terminarios dilectioni vestre trans-„ mittit; ... Fratrem *Johannem Puschu* prop-„ ter pregnantes causas ad alium Terminum „ missum à predicto termino Antwerpiensi ab-„ solvendo; cum orationum participatione hu-„ miliùs quo valet supplicans; quatenùs pre-„ dictos Fratres vel alterum ipsorum, cùm ad „ aliquem vestrûm declinaverint, ad ea, que ad „ frequentationem termini solito more respiciunt; „ puta verbi Dei predicationem, Divinorum „ celebrationem, confessionum auditionem & ele-„ mosinarum petitionem, gratiosè admittere digne-„ mini, ut ex hoc bravium apud Altissimum „ consequi valeatis, presentium testimonio Lit-„ terarum sub sui Prioratûs officii sigillo data-„ rum anno Domini millesimo quadringentesimo „ nonagesimo tertio, die vigesimâ tertiâ mensis no-„ vembris."

Postri-

Postridiè, cum deputati Capituli rediissent & sententiam hanc attulissent, deputavit Capitulum Canonicos duos *Anthonium Mast* & *Joannem Lyns*, ut accedentes ad novum Carmelitarum locum inhiberent operariis, nè continuarent prosecutionem operis; & lapides dissligarent & dispergerent in signum dirutionis operis.; quod & fecerunt eadem die 24. novembris, quartâ post datam Mechliniæ sententiam. Constat ex Schedis loci.

Anno 1493.

Deputati Capituli diruunt novum Carmelitarum Conventum.

Cœpit deinceps Capitulum agere contrà Fr. *Joannem Cattendyck* & Fr. *Petrum Mol*, qui præcipui actores fuerant in attentata erectione Conventûs. Obtulit desuper Libellum supplicem Abbati Parcensi Judici apostolico, exhibens quomodo prædicti Religiosi contrà juridicam suam inhibitionem attentassent erectionem conventûs, procurassent positionem primarii lapidis & consecrationem loci; & supplicans quatenùs sibi desuper providere dignaretur. Judex autem hic, cujus juridica inhibitio violata erat, prædictos Religiosos citavit ad suum tribunal in Oppido Lovaniensi ad primum diem juridicum post festum Epiphaniæ, idque per Litteras citatorias datas 21. Decembris, ut constat ex schedis loci.

Carmelitæ citantur coram judice Apostolico.

Hactenùs FF. Carmelitæ ad obtinendam in hac Civitate erectionem novi Conventûs tentaverant omnem viam præter primò necessariam: omnes autem illæ viæ jam occlusæ erant. Accesserant primò ad Senatum, qui anno 1481. decreto sanxiverat differendam esse erectionem, donec Ecclesia matrix ædificata esset. Pontifex consensum dederat in erectionem, sed auditâ oppositione Capituli rem dijudicandam dederat judici apostolico Abbati Parcensi; qui provisionaliter prohibuerat Fratribus, nè quidquam attentarent ante finitam causam. MAXIMILIANUS erectionem

Viæ quibus Carmelitæ tentarunt obtinere Conventum.

Anno 1493. Conventûs attentaverat, & Cancellarium ac Schultetum Antverpiensem deputaverat ad rem hanc prosequendam: posterior autem ejus nomine primum lapidem posuerat. Sed MAXIMILIANUS auditis rationibus Capituli & Senatûs, cessavit rem illam urgere; & voluit, ut partes assumerent judicem arbitrarium Episcopum Sibinicensem Legatum apostolicum, qui decreverat differendam esse erectionem, donec Ecclesia matrix completa esset, saltem in parietibus & tecto. PHILIPPUS Archidux deinceps etiam attentaverat hanc erectionem eousque, ut primus lapis suo nomine positus esset per Cancellarium & locus consecratus: sed Princeps hic auditis Capituli rationibus etiam, sicut anteà Pater, cessavit hanc rem urgere, & rem determinandam remisit ad Cancellarium & Consiliarios suos. Concilium autem, cum audisset rem hanc pendêre coram Abbate Parcensi judice ad hoc à Pontifice delegato, eam ad ipsum dijudicandam & terminandam remisit. Ab hoc autem Judice nihil boni sperandum erat, cum fratres erectionem & consecrationem attentassent contrà ipsius juridicam prohibitione.

Solùm restabat recurrere ad Capitulum. Nihil itaque restabat, quàm conari flectere Canonicos per preces & amicos: quod maximè hoc tempore necessarium erat, cum Capitulum jaminde cœpisset agere coram judice apostolico contrà eos, qui erectionem viâ facti attentaverant spretâ ejus prohibitionem.

Recurrunt ad Senatum. Hanc itaque primò necessariam tandem ultimò aggressi sunt viam. Hunc in finem Antverpiam venit Fr. *Joannes de Nussia* Provincialis cum pluribus primariis Prioribus & Lectoribus. Et primùm conveniunt Senatum hujus Civitatis, rogantque ut aliquos è gremio deleget, qui unà cum Fratribus Ordinis accederent Canonicos pro obtinendis pace cum ipsis & consensu

sensu eorum in erectionem Conventûs. Sed Senatus insinuabat sese in hâc parte adhæsisse Capitulo; consequenter se inter Capitulum & Carmelitas propitios mediatores esse non posse. Recurrerunt deinde ad Thesaurarium Capituli, qui suasit ut accederent Decanum supplicantes, ut negotium proponeret Capitulo; quod & factum est. Capitulum autem nominavit Commissarios Decanum *Petrum de Mayo*, Thesaurarium *Joannem de Beka*, *Carolum Magni* & *Anthonium Vos* Canonicos. Constant hæc ex Registris loci.

Anno 1493.

Et ad Capitulum.

Carmelitæ itaque cum his Capituli deputatis sæpiùs convenerunt; & diu multumque actum est. Et in primis facilè obtinuerunt, ut actio, instituta contrà Fr. *Joan. Cattendyck* & *Petrum Mol* ob attentatam viâ facti erectionem & consecrationem, suspensa maneret.

1494.

Capitulum cessat agere contrà Carmelitas.

Quantùm autem ad admissionem novi Conventûs tandem etiam consensit Capitulum; ut vel sic, quantùm possibile esset, satisfaceret desiderio Archiducis PHILIPPI. Consensum, inquam dedit in admissionem Conventûs; ita nimirùm ut Fratres conventualiter viverent in domibus, quas in loco habebant. Cum autem numquam anteà negassent admittere Conventum, sed tantùm distulissent ob rationes suprà relatas & ubique approbatas, voluerunt, ut subsistentibus iisdem rationibus adhuc per annos cessarent ab omni ædificatione; super quo diu multum actum est. Tandem partes convenerunt in quatuor annos; quibus Fratribus non liceret ullum notabile ædificium inchoare vel perficere. Et propter eandem rationem tempore illius quadriennii limitavit Capitulum officia divina apud ipsos celebranda.

Consentit in admissionem Conventûs.

Sic tamen ut per quatuor annos cessent ab omni ædificatione.

Cæterùm admissis his conditionibus Capitulum his Religiosis, sicut anteà aliis in civitate

Privilegia concedit Carmelitis.

Anno 1494.

te existentibus, plura concessit privilegia quoad confessiones, conciones, visitationem infirmorum, sepulturam &c. idque per Litteras notariales, quibus appensa fuerunt sigilla Capituli B. M., Capituli Provincialis, Prioris Provincialis, Prioris novelli Conventûs & sigillum FF. Conventûs ejusdem. Litteras illas ex originali subjungo.

Concordatum inter Capitulum & FF. Carmelitas.

Ex Archivis Capituli.

„IN NOMINE DOMINI AMEN. Noverint „universi & singuli presentes Litteras sive hoc „presens publicum instrumentum visuri, lecturi „& legi audituri, quod ortâ dudum lite & „causâ sive questionis materiâ coram reverendo „patre Dno Dno THEODORICO permissione „divinâ Abbate monasterii beate Marie Parcensis extrà muros Opidi Lovaniensis Premonstratensis ordinis Leodiensis Diocesis Judice & „Commissario apostolico per & inter venerabiles & circumspectos viros Dnos DECANUM „& CAPITULUM Ecclesie collegiate B. Marie „Virginis opidi Antwerpiensis Cameracensis „Diocesis; actores ex unâ; & religiosos viros „Fratres *Johannem Cattendyck* & *Petrum de* „*Moll* sacre Theologie Professores Ordinis B. „Marie Carmelitarum eorumque Litis-consortes de & super pretensa erectione & fundatione nove plantationis seu novelli monasterii sive „Conventûs Fratrum dicti ordinis infrà muros „predicti Opidi Antwerpiensis, ac infrà Parochiam dicte Ecclesie B. Marie & illius occasione reos, partibus ex alterâ; ac in causa „hujusmodi inter dictas partes, ymò veriùs „earum Procuratores, ad nonnullorum terminorum sive actuum judicialium observationem, citrà tamen ipsius cause conclusionem, „processo.

„Tandem, videlicet anno à Nativitate Dni „millesimo quadringentesimo nonagesimo-quarto,

„indic-

„ indictione duodecimâ, die verò veneris un- Anno
„ decimâ mensis aprilis, Pontificatûs sanctissi- 1494.
„ mi in Christo patris ac Dni nostri Dni
„ ALEXANDRI divinâ providentiâ Pape sexti
„ anno secundo, in mei Notarii publici testi-
„ umque infrascriptorum, ad hoc vocatorum
„ specialiter & rogatorum, presentiâ personaliter
„ constituti egregii ac spectabiles viri Dni Ma-
„ gistri PETRUS DE MAYO Decanus, WIL-
„ HELMUS COELGENENSON Cantor, JACOBUS
„ WORTELS, JOHANNES DE LAPIDE, AM-
„ BROSIUS DE DYNTHER Scolasticus, JOHAN-
„ NES DE BECA Thesaurarius, NICHOLAUS
„ DE DYNTHER, ANTONIUS DE VOSS & JO-
„ HANNES RYNS Canonici prebendati dicte Ec-
„ clesie, Capitulum ejusdem facientes & repre-
„ sentantes, in eorum loco Capitulari solito
„ ad infrascripta peragenda capitulariter congre-
„ gati ex unâ. Et prefatus Magister *Johannes*
„ *Cattendyck*, nec non religiosi viri *Petrus Nype-*
„ *zeel* dicte facultatis Baccallarius formatus,
„ *Henricus de Morsa*, *Nicolaus de Amstelro-*
„ *damis* & *Jacobus Margaert* predicti Ordinis
„ sacerdotes professi Conventum novellum pre-
„ dictum representantes, tam pro se ipsis
„ quàm pro successoribus suis, pro quibus de
„ rato promiserunt, ex alterâ partibus: pro
„ bono pacis & concordie, & pro parcendis
„ hujusmodi laboribus & expensis, de & super
„ lite & causâ seu questionis materiâ hujusmodi;
„ ad talem dixerunt & recognoverunt se deve-
„ nisse concordiam sub punctis & articulis sub-
„ sequentibus, inibi per me notarium publi-
„ cum infrascriptum palam & publicè altâ-
„ que & intelligibili voce perlectis & pu-
„ blicatis, quorum tenores successivè se-
„ quuntur & sunt tales.

Anno 1494.

1. Admissio Conventûs.

„In primis enim, quod Fratribus dictis licebit domum quandam in dicto opido Antwerpiensi; inibi in platea Sardonum communiter appellatâ situatam, in monasterium & Conventum dicti Ordinis Carmelitarum, jam construi & edificari inchoatam (licet nulliter & de facto, ex eo quia consensus & assensus dictorum dominorum Decani & Capituli dicte Ecclesie minimè intervenerat) prout etiam postea inhabitarunt, ex nunc in anteà inhabitare: sed habebunt ab omni ulteriori constructione & ædificatione alicujus notabilis operis seu ædificii sive structure penitùs & omninò cessare & se abstinere, hinc usque ad quadriennium, à die dati presentis publici instrumenti in anteâ computandum.

2. Prohibetur ædificatio infrà quadriennium.

„Insuper licebit Fratribus ipso quadriennio hujusmodi durante horas canonicas diebus feriatis & submissa voce tantùm persolvere, & Missas celebrare; quatuor principalibus videlicet gloriosissime Nativitatis Dni nostri Jesu Christi ac Pasche seu Resurrectionis ejusdem, nec non Penthecostes & omnium Sanctorum, ac singulis profestis B. Marie Virginis & Corporis Christi festivitatibus dumtaxàt exceptis. Quibus quidem Festivitatibus licebit eisdem horas predictas & summam missam, quintis verò & aliis festivis ipsam summam missam tantùm, & singulis diebus tam feriatis quàm non feriatis Completorio perracto Antiphonam *Salve Regina* unà cum versiculo & collecta altâ voce decantare.

3. Pro eodem tempore restringuntur officia divina.

„Item quod Fratres ipso quadriennio hujusmodi durante, & etiam post completum quadriennium perpetuis futuris temporibus, omnibus & singulis Triplicibus, in prefatâ matrice Ecclesiâ & filiabus ejus hactenùs celebratis & in-

4. Quoad Prædicationem Verbi Dei.

„ stitutis

„ stitutis & in anteà forsan celebrandis & seu „ instituendis, nec non in sancte Marie festi„ vitatibus ac Dominicis & Rogationum diebus, „ ante prandium, eis saltem horis & tempo„ ribus, quibus divina in dictâ Ecclesiâ matri„ ce peraguntur, ab omni predicatione, tam „ in prefatâ eorum domo quàm in quibusvis „ Ecclesiis, monasteriis & capellis infrà distric„ tum jurisdictionis dictorum Dominorum Deca„ ni & Capituli consistentibus, faciendâ peni„ tùs & omninò se abstinebunt; nè populus „ festivitatibus, diebus ac horis predictis à „ matrice Ecclesia & ejus filiabus quomodolibet „ retrahatur; festo dedicationis Ecclesie eorum „ & diebus investiture ac emissionis professionis „ Fratrum, per eos pro tempore recipiendo„ rum, dumtaxàt exceptis; quibus occurrenti„ bus verbum Dei poterunt predicare in eorum „ Conventu tantùm: licebit nichilominùs eis post „ prandium à primâ horâ usque secundam ho„ ram prefatis festivitatibus & diebus verbum „ Dei predicare. Anno 1494.

„ Item quod iidem Fratres ex nunc in anteà „ singulis suis sermonibus, tam in ipsorum con„ ventu quàm Ecclesiis & aliis locis prenotatis, „ per eos pro tempore faciendis; informabunt „ populum, quantùm in ipsis erit, ut in So„ lempnitatibus & sancte Marie nec non Dominicis „ & Rogationum diebus predictis frequentent „ matricem Ecclesiam & Filias ejus respectivè, „ in eisque divina hujusmodi & sermones seu „ predicationes audire studeant. 5. Observanda in Concionibus.

„ Item tenebuntur intereà & erunt astricti „ Fratres predicti eligere & assumere ex eis vi„ ros litteratos, doctos & ydoneos ad officium „ predicationis exercendum, temporibus ad „ predicandum eis concessis & in anteà forsan „ concedendis, juxtà formam *Cle.* Dudum. *de*

Anno 1494. „ contigerit aliquem ipsorum trium decedere vel „ à loco recedere aut aliàs legitimè prepediri, tunc „ loco illius, si Fratres ipsi alium velint habe„ re, illum debent eisdem Dominis DECA„ NO & CAPITULO de novo nominare.

9. Tempus audiendi confessiones. „ Item quod ipsi sic electi & admissi predic„ tum officium audiendarum confessionum infrà „ missarum & aliorum divinorum solempnia; „ in dictâ matrice Ecclesiâ & filiabus ejus die„ bus dominicis & precipuis festivitatibus cele„ branda, nullatenùs exercebunt; nisi casus „ arduus & summè necessarius saluti alicujus ex „ causâ infirmitatis vel subitanei doloris emerse„ rit, vel actus sacramentalis hujusmodi ante „ ipsa divina officiá inchoatus fuerit, aut etiam „ quis dictâ horâ singularem ... contritionem & „ devotionem; cujus confessionem audire pote„ runt seorsim & ad partem in loco abstracto à „ sede eorum.

10. Monenda in Confessione. „ Item quod iidem electi & admissi pro tem„ pore ad audiendas confessiones hujusmodi in „ confessionibus ipsis dictos Parochianos pro vi„ ribus inducent, instruent & informabunt jux„ tà formam Constitutionis *Cupien.*, ut ecclesiis „ prefatis de omnibus & singulis juribus, de„ cimis & oblationibus integrè satisfaciant; nec„ non Legata Ecclesiis & personis Ecclesiasticis „ relicta persolvant; nec illa aut alia ... oblata „ in suos vel dicte eorum domûs usus quovis „ modo convertent aut converti facere procura„ bunt juxtà Constitutionem *Religiosi* superiùs „ allegatam.

„ Subsequenter predicti electi & admissi dili„ genter attendant, nè sibi confitentes à lega„ tis vel donationibus aliis quibuslibet, matri„ ci Ecclesie aut filiabus ejus sive prefatis Do„ minis Decano & Capitulo faciendis, „ quomodolibet retrahant, sed eos potiùs

„ ad

„ ad hoc quantùm in eis fuerit inducere „ ſtudeant. Anno 1494.

„ Pariformiter verò circà Articulum de cor„ poribus ſeu cadaveribus parochianorum , pe„ regrinorum & advenarum, infrà limites ſeu „ terminos matricis & aliarum eccleſiarum filia„ rum ejus predictarum pro tempore deceden„ tium , ſint Fratres ipſi ſimiliter attenti , ut „ corpora ſeu cadavera illorum ad ſepulturam „ non admittant , niſi decedentes ipſi in vita „ ſepulturam hujuſmodi apud eos vel eorum „ monaſterium legitimè elegerint ; de quâ elec„ tione fidem facient prefatis Dominis DECANO „ & CAPITULO aut pro tempore deputatis per „ eoſdem. Nec aliquem ad eligendum apud eos „ ſepulturam inducent aut per alium ſeu alios „ induci, quomodolibet procurabunt publicè vel „ occultè , directè vel indirectè , quovis que„ ſito ingenio vel colore : ipſique Fratres hu„ juſmodi corpora aliàs ſepelientes, ſine & abſ„ que licentiâ prefatorum Dominorum DECA„ NI & CAPITULI deſuper petitâ & obtentâ , „ tenebuntur corpora ipſa exhumare , illaque „ eiſdem Dominis DECANO & CAPITULO ad „ ſepeliendum reſtituere , ſi id petierint. Idem „ quoque erit ſi ipſi Fratres circà jus ſepulture „ Conſtitutionem *Dudum*. & Conſtitutionem „ *Cupientes* & alias circà hoc editas Conſtitutio„ nes non ſervaverint in toto & quâlibet mini„ mâ earum parte : quo caſu ſubjacebunt pe„ nis in eiſdem Conſtitutionibus contentis & cen„ tum florenorum de florentia, totiens quotiens „ contravenerint , prefatis Dominis DECA„ NO & CAPITULO irremiſſibiliter applican„ dorum. 11. Circà jus ſepulturæ.

„ Item ſi contigerit aliquem , qui ſepulturam „ ſuam apud Fratres prefatos in vita ſua duxe„ rit eligendam , apud ipſos Fratres ſepeliri ,

„ deferen-

Anno 1494. „ deferetur corpus talis defuncti immediatè ad „ dictum monasterium inibi sepeliendum, Clero „ dicte Ecclesie defuncti corpus associante & „ quatuor ex Fratribus antedictis comitantibus „ in signum electionis sepulture apud eos facte, „ donec universaliter inter dictos Dominos Deca- „ num & Capitulum ac Conventum, infrà dictum „ Opidum jam degentem, aliter fuerit ordinatum. „ Exequie autem talis defuncti necnon septe- „ narium, tricenarium &. anniversarium apud „ dictos Fratres poterunt celebrari, salvâ pre- „ fatis Dominis DECANO & CAPITULO medie- „ tate omnium & singulorum vestium & pan- „ norum sericorum & non sericorum, equo- „ rum, vaccarum omnium & aliorum ani- „ malium, nec non oblationum & cere & „ quarumcumque aliarum rerum, quibuscum- „ que nominibus nuncupentur, in exequiis, „ septenariis, tricenariis & anniversariis hujusmo- „ di ratione funeris quomodocumque vel quali- „ tercumque obvenientium.

„ Nullo tamen modo licebit dictis Fratribus „ de & super juribus & emolumentis funerali- „ bus hujusmodi cum heredibus talis defuncti „ vel ejus testamenti executoribus componere: „ sed si de illis ipsi Domini DECANUS & CA- „ PITULUM compositionem duxerint faciendam, „ illius dicti Fratres habebunt medieta- „ tem.

„ Et si forsan contigerit aliquem ex heredibus „ vel executoribus predictis eorum, qui apud „ dictos Fratres elegerint sepulturam, exequias, „ septenarium, tricenarium, & anniversarium „ hujusmodi fieri facere negligere vel non cura- „ re aut recusare; eo casu premissa fieri face- „ re negligens vel recusans, ad ea fieri facien- „ da compellatur & cogatur viis & re- „ mediis juris, communibus expensis Do-

„ mino-

„ minorum Decani & Capituli ac Fratrum Anno
„ predictorum. 1494.

„ Simili modo iidem Domini DECANUS & 12. Circà donata aut legata Fratribus
„ CAPITULUM de omnibus & singulis ipsis Fratribus quomodolibet legatis, relictis, datis & donatis, sive in infirmitate sive in morte, ab eis, qui elegerunt apud eos sepulturam, in quibuscumque rebus consistant & ad quoscumque usus etiam certos & determinatos, sive pro ipsis Fratribus, etiam ad opus pitantie eorum, aut pro eorum fabricâ vel aliis edificiis, sive etiam pro ornamentis, libris, calicibus, luminaribus, sive aliàs quomodocumque vel qualitercumque legata, relicta, data vel donata fuerint, quartam partem habebunt & habere debebunt.

„ Item quod iidem Fratres factioni seu ordinationi morientium codicillorum, testamentorum & seu ultimarum voluntatum quorumcumque testantium decedentium vel infirmorum, quos eos contigerit in futurum visitare, nullatenùs intererunt seu poterunt interesse, nisi priùs vocato Plebano dicte Ecclesie vel ejus supplebano seu vicegerente, eoque presente & interessente, qui vultum pecoris sui habebit intueri ac de vita & moribus ejusdem diligenter inquirere. 13. Circà præsentiam in confectione testamentorum.

„ Item quod Fratres ipsi in observatione Interdicti vel cessûs, quàvis ex causâ pro tempore positi vel ponendi, prefate matrici Ecclesie se conformabunt, juxtà formam Constitutionis *Ex frequen.* de sen. Excom. in *Cle.*, ad unguem, & sub penis inibi contentis. 14. De tempore Interdicti.

„ Item circà missas celebrandas seu legendas in dictorum Fratrum Ecclesiâ, Fratres ipsi tenebunt ordinem, ut nullam legi vel canta- 15. Circà horam celebrationis missarum.

„ ri

Anno 1494. „ ri permittant, nisi prima missa inchoata fue„ rit in matrice Ecclesiâ: salvo quod itineratu„ ri poterunt januis clausis non pulsatis campa„ nis ac laicis exclusis missas celebrare ... "
Quæ hic sequuntur distinctè satis legere non potui, ut prelo darem; sed clarè interim patebat, quod non concernerent nisi hoc punctum.

16. Circà Processiones. „ Pari modo Fratres predicti non facient pro„ cessiones solemnes infrà septa dicti monasterii „ vel extrà absque simili licentiâ desuper petitâ „ & obtentâ, preter processiones ordinarias in„ frà septa, ad quas ratione Ordinis obligan„ tur, & non aliàs. Vocati tamen per ipsos „ Dominos DECANUM & CAPITULUM ad pro„ cessiones pro tempore faciendas, illis inter„ esse tenebuntur & erunt astricti.

17. Circà mercaturas. „ Item quod infrà septa vel districtum dic„ ti monasterii nullas mercantias fieri vel exer„ ceri aut res aliquas venales ibidem poni vel „ venditioni exponi aliquatenùs permittent. Et „ si secùs egerint, omnia & singula emolu„ menta exinde provenientia ex tunc cedent in„ tegraliter fabrice matricis Ecclesie antedicte sine „ & absque contradictione quâcumque.

18. Circà censum de domibus incorporatis. „ Item quod sepedicti Fratres de & pro cen„ su domûs jam dirute ac usui eorum pro edi„ ficatione novi monasterii applicate, & alia„ rum domorum imposterùm forsan diruenda„ rum & dicto effectui applicandarum, sol„ vent prefatis Dominis DECANO & CAPITULO „ hujusmodi Censum ex ipsis domibus ab olim „ solvi solitum: sed nè ipsi Dni DECANUS & „ CAPITULUM dicte Ecclesie pro tempore exis„ tentes & qui futuri sunt, ex quo Conventus „ dicti monasterii est immortalis, in receptio„ ne & assecutione census hujusmodi quomodo„ libet fraudentur, dabunt & nominabunt dic„ ti fratres eisdem Dnis DECANO & CAPITULO

„ homines

„ homines mortales, quibus mortuis ſolvent „ predicti Fratres prefatis Dnis DECANO & „ CAPITULO pro illo anno de & ex dictis domibus duplicem cenſum, nominando ex tunc „ loco defunctorum alios homines uſque in perpetuum. Anno 1494.

„ Item pro redemptione Jurium Parochialium „ ſolvent dicti Fratres annuatim pro ipſis juribus Parochialibus unam unciam argenti puri „ in feſto Paſche.

19. Cenſus pro jure Parochiali.

„ Tandem verò, ut mutua charitas inter „ Dnos DECANUM & CAPITULUM & FRATRES „ prefatos perpetuò ſervetur, concordatum eſt, „ quod prefati fratres pro felici, proſpero votivoque ſucceſſu ipſorum DECANI & CAPITULI pro tempore exiſtentium, perpetuis futuris temporibus annis ſingulis feriâ ſecundâ „ poſt octavas feſtivitatis Penthecoſtalis unam „ Miſſam de ſancto Spiritu ſolemniter celebrabunt.

20. Celebranda pro Capitulo annuè Miſſa de S. Spiritu.

„ Et quod pro Canonico in dicta Eccleſia „ pro tempore reſidente & apud Eccleſiam ipſam decedente, peragent exequias ſolempnes „ cum vigiliis novem Lectionum & miſſâ defunctorum, prout & quemadmodum pro „ Priore alicujus ex monaſteriis eorum peragere ſoliti ſunt, ad omne longiùs infrà octo „ dies deceſſûs hujuſmodi decedentis, ſi quando & poſtquam deceſſus ipſe eis fuerit intimatus.

21. Item Exequiæ pro ſingulo Canonico morienté.

„ Nec non unum Anniverſarium ſolempne „ ſimile cum vigiliis novem Lectionum & Miſſâ defunctorum pro omnibus Canonicis hactenùs defunctis & deceſſuris in futurum, anno „ quolibet feriâ ſecundâ poſt feſtum ſancti Luce „ Apli & Evangeliſte. Et quod dictis feriis „ reſpectivè pro tempore occurrentibus ſepedicti fratres de officio hujuſmodi pro tempore

22. Item Anniverſarium ſolemne ſingulis annis.

„ cele-

Anno 1494. „ celebrando & de horâ, quâ celebrabitur, „ sepedictos Dnos DECANUM & CAPITULUM „ etiam pro tempore existentes die immediate „ precedenti singulas ferias easdem preconisabunt, „ ut si eis placuerit, illi possint interesse.

23. Procuranda participatio bonorum operum. „ Quodque à Reverendo Patre & Dno Magistro PROVINCIALI Provincie Alemannie in- „ ferioris & à Capitulo ejusdem Provincie impe- „ trabunt & obtinebunt pro sepefatis Dnis DE- „ CANO & CAPITULO, ac eorumdem ad presens „ Scribâ & Notario participationem omnium „ missarum, orationum, vigiliarum, jeju- „ niorum, abstinentiarum, predicationum & „ universaliter omnium bonorum per univer- „ sos Fratres dicte Provincie peragendo- „ rum.

24. Item ratificatio horum punctorum. „ Facientque & procurabunt Fratres sepedicti „ omnia & singula Capitula & puncta premissa „ per Magistrum Provincialem & Capitulum „ dicte Provincie ratificari & approbari, eo- „ rumque sigilla in signum ratificationis & ap- „ probationis premissorum presentibus Litteris „ appendi.

25. Singuli Priores promittent hæc observare. „ Premissa quoque omnia & singula Capitula „ & puncta PRIOR pro tempore dicti monaste- „ rii in sui assumptione seu electione & admis- „ sione in presentiâ prefatorum Drum DECANI „ & CAPITULI pro tempore existentium seu „ per eos deputandorum promittet bonâ fide „ perpetuò firmiter & inviolabiliter observare, „ eaque annis singulis Conventui & Fratribus „ ejusdem etiam pro tempore existentibus, de „ novo insinuare & publicare; ita & taliter „ quod nullus Fratrum predictorum ignoran- „ tiam premissorum pretendere possit seu etiam „ quomodolibet allegare.

Et singulis annis Religiosis publicare.

„ Quodque etiam Fratres pro nunc in dicto „ Conventu existentes pro se & successoribus

„ suis

„ suis promittent omnia & singula puncta pre- Anno
„ missa perpetuò & inconcussè observare & in- 1494.
„ tertinere sub penis privationis & suspensionis
„ ab actibus predicationis & auditionis confessio-
„ nis per mensem, aut donec amendam fecerint
„ prefatis Dñis DECANO & CAPITULO sufficien-
„ tem atque condignam, preter & ultrà penas
„ in Jure contentas. Dolo & fraude in pre-
„ missis seclusis penitùs & semotis.

„ De & super quibus.... Et ego Jo-
„ hannes Pistoris clericus... &.. Nota-
„ rius..."

Sic itaque & sub his conditionibus tandem post varia per quindecim annos tentamina admissus fuit in hac civitate Conventus Carmelitarum; qui ab eo tempore sic profecerunt, ut splendidissimum hodie Conventum æquè ac Ecclesiam habeant.

Cum autem Capitulum Conventum admisisset, Senatus etiam consensum præbuit; quem Joannes de Nussia Provincialis ordinis inferioris Alemanniæ cum gratiarum actione acceptans, cautionem Senatui dedit pro se & successoribus promittens, quod Fratres in novo Conventu vivent secundùm regularem observantiam prout actu in Conventu Mechliniensi & alibi; quod Fratres tenebuntur sibi providere de honestis, doctis & bonis prædicantibus & suppositis &c. Idque per Litteras desuper datas quarto mense post Concordatum cum Capitulo, id est anno 1494. die 8. augusti. Ut constat ex schedis loci.

Senatus consentit in erectionem.

Carmelitæ itaque hunc annum, quo per Capitulum & Senatum admissi sunt, cœperunt computare primum seu initialem Conventùs sui Antverpiensis: sic enim anno decimo septimo seculi subsequentis in Libello supplici, quem obtulerunt Regi ad obtinendam licentiam pro

Hic hujus Conventûs computatur annus primus.

Anno 1494. acquirendis redditibus, prætulerunt; Conventum tunc circiter ab annis viginti quatuor conceptum & fundatum esse: retrogradendo autem invenitur annum vigesimum quartum esse hunc nonagesimum quartum. Quod autem in Libello supplici sic exhibitum sit, constat ex diplomate Regis desuper dato eodem anno, quod integrum ex Archivis loci refert Papebrochius *Annal MSS. ad an.* 1517. Itaque Conventus hic Fundatus est anno ducentesimo septuagesimo post approbatum Ordinem per HONORIUM. PP. III.

Primi Priores hujus Conventûs.

In novo hoc Conventu primus Prior constitutus est Fr. JOANNES DE CATTENDYCK S.T.D. qui per quindecim annos & fortè plures iteratis vicibus nullam non tentaverat viam ad procurandam hanc erectionem: ast duobus tantùm annis supervixit, mortuus Mechliniæ, quo ob negotia vocatus fuerat, anno 1496. ætatis 58. verùm relatus Antverpiam sepultus est in loco Capitulari Conventûs, quem inchoaverat. D. Paquot *Mem. litt. XII. p.* 308. agens de hoc Religioso & Conventu ab eo erecto, dicit: *Le Chapitre de Notre-dame de cette Ville lui suscita un Procès, qui dura quelques annèes, & dont il sortit avec honneur, sous la protection du Souverain.* Quid sit de hoc elogio, patet ex suprà relatis. Reliquit J. Cattendyck: *Prima fundatio Conventûs Antverpiensis Carmelitarum, cum omnibus circumstantiis difficultatum subortarum.* MS. *in fol.* in archivis hujus domûs, & alia manuscripta, quæ vide apud D. Paquot ibid.

Joan. Cattendyck.

Succeſſit ei secundus Prior Fr. ÆGIDIUS DE MERICA S. T. D. de quo refertur, quod expletis supradictis quatuor annis fundamenta jecerit Chori & ambitûs Conventûs. Tribus annis præfuit, & factus dein Episcopus Berytensis & suffraga-

Ægidius de Merica.

fraganeus Cameracensis obiit anno 1505. 5. voluitque sepeliri in Choro à se inchoato : quem anno 1501. completum fuisse indicat Gramaye. Anno 1494.

Vix autem Carmelitæ Antverpiæ sedem fixerant, quin in eorum Ecclesia initium sumeret Confraternitas in honorem S. ANNÆ, cujus Confratribus JULIUS PP. II. plurima privilegia contulit per Bullam datam Romæ anno 1505. 18. Kal. Julii, quam Papebrochius integram exhibet *Annal. MSS. ad illum annum.* Confraternitas S. Annæ. apud Carmelitas.

Cæterùm ex supra dictis constat Carmelitas necdum hoc tempore mutasse sua nomina, sed retinuisse in Ordine illa, quæ anteà tulerant in seculo. Cœperunt autem demùm sua nomina mutare in Reformatione factâ circà annum 1630. Quando Carmelitæ cœperint mutare nomina.

Non dubitandum, quin olim omnes Ecclesiæ eodem modo & legerent & psallerent horas canonicas, habentes omnes unicum vetus Breviarium Romanum. Successu tamen temporis Ecclesiæ aliquæ vetus hoc Breviarium cœperunt mutilare aut mutare; novum sibi fabricantes. Deinde aliquæ sæculo XVI., specie officii commodioris allecti, Breviarium breve Francisci Quignonii Cardinalis, approbatum à Clemente VII. & Paulo III., assumpserunt. Tandem Episcopi communiter in Ecclesiis, quæ ab initio veteri romano more horas Canonicas dicere & psallere consuevissent, privatum sibi quique Breviarium conficiebant. Hinc multis in locis divini cultûs perturbatio. Hæc indicat PIUS PP. V. in Bullâ data anno 1568. præfixa Breviario romano. 1495. Varietas Breviariorum in Ecclesia. *Vid.* cont. Fleury *Hist. Eccl. Tom.* 27. *l.* 136. *n.* 49.

In Belgio nostro non tantùm Cathedrales sed & Collegiatæ propria habuerunt Breviaria, Missalia aliaque Ritualia, quorum pauca ad- In Belgio etiam Collegiatæ habuerunt propria.

Anno 1495. nos pervenerunt exemplaria manuſcripta. In Bibliotheca cathedralis Tornacenſis extat *Miſſale* & *Breviarium ad uſum Eccleſiæ S. Gudulæ Bruxellenſis* & *Breviarium Eccleſiæ S. Germani Montenſis* teſte A. Sandero *Bibl. MSS. Tom. I. f.* 209. 210. & 211. Pars Breviarii MS. Eccleſiæ Lovanienſis aſſervatur apud Hagiographos S. J., ut Boll. *Præfat. ad Tom. I. Jan. pag. LIV.*

Superſunt manuſcripta.

Et impreſſa.

A tempore autem poſt inventam typographiam plura hujuſmodi Breviariorum ſuperſunt exemplaria, quorum eleuchus legitur apud Bollandum loco citato, & apud J. C. Fabricium in *Bibl. med. lat. Tom. I. f.* 748. : ſic Breviarium Leodienſe anni 1514. Audomarenſe anni 1518. Brugenſe 1520. Bruxellenſe 1516. Inſulenſe 1533. aliaque.

1496.

Breviarium Antverpienſe proprium.

Inter impreſſa autem antiquiſſimum eſt Breviarium Antverpienſe duobus tomis impreſſum Venetiis anno 1496. 8. In partis hyemalis fine legitur.

Ad laudem & gloriam ſanctiſſime Trinitatis ; Caſtiſſime quoque & excellentiſſime Virginis Marie Genitricis Dei : ad honorem & decorem Eccleſie beate Marie Antwerpienſis ejuſque devotiſſimi Cleri : Pars hyemalis Breviarii ſecundum morem & conſuetudinem dicte Eccleſie : ſumma cum diligentia per venerabilium ac preſtantiſſimorum Dominorum Decani & Capituli deputatos reviſa : fidelique ſtudio emendata : atque per dictos venerabiles Dominos Decanum & Capitulum approbata : impenſis quoque ſpectabilis viri Cornelii de Bomberga ; arte inſuper famatiſſimi venetiarum Impreſſoris Johannis Hertzog Alemani quam eleganter impreſſa ; felici numine explicit : anno chriſtianiſſime Nativitatis poſt milleſimum quaterque centeſimum nonageſimo ſexto. Nonas martias.

In

In fine autem alterius tomi... *pars æstivalis Breviarii.... approbata ... impressa venetiis per Johannem Hertzog feliciter explicit anno salutis post MCCCCXCVI. Klas Martias.* Anno 1496.

Editio rubro-nigra est & elegans, cujus vidi duo exemplaria; unum apud Hagiographos S. J. in quo defectus calamo suppleti sunt; aliud in bibliotheca D. Michiels capitanei Admiralitatis, cujus unus tomus etiam defectuosus est, sed tantùm in *communi Sanctorum.* Insuper unum tomum vidi in bibliotheca D. J. B. Verdussen scabini hujus civitatis.

Quod autem Venetiis impressum sit hoc Breviarium, non ideo factum est, quòd Antverpiæ Typographia in usu non esset: nam anno 1472. librum Antverpiæ ediderat Matthias Goes, cujus exemplar vidi: sed tum propter nitorem & formam caracterum, tum propter commercium quod cum Venetis habebat *Cornelius de Bomberga*, cujus filius *Daniel* Venetias tetendit, ibidemque Typographiæ hebraicæ gloriam reportavit, ut Foppens *Bibliot. Belg. Pag.* 225. Impressum Venetiis.

Breviarium hoc post hæc Antverpiæ in usu mansit per seculum, id est usque ad annum 1598., quo in Capitulo 19. Junii statutum fuit, quod omnia præparari deberent ad inchoandum Officium romanum in Adventu proximo; sicut & quartâ ejusdem mensis anni sequentis communi suffragio statutum est, quod ab omnibus servaretur usus romanus. Ita *Acta Capituli.* Nisi fortè aliquo tempore in usu fuerit Breviarium Quignonii, quod Antverpiæ tertiò impressum fuisse reperitur, nempè annis 1537. 1542. & 1564. & suppressum fuit à Pio V. anno 1568. Fuit in usu per seculum.

In hoc Breviario Antverpiensi plerique hujus patriæ Sancti officium habebant. S. Norbertus in eo Officium non habuit, cum necdum in- Inde desumpta Officia Diœcesana.

 ca-

Anno 1496. canonem Sanctorum relatus esset. Dum autem Breviarium romanum assumptum fuit, plura officia, quæ in eo non habebantur, ex hoc veteri desumpta sunt, nempe aliquorum Sanctorum hujus Patriæ & aliquorum qui hic coli solebant : & hæc sunt OFFICIA DIŒCESANA, quæ omnia desumpta sunt ex hoc proprio Breviario (aliqua tamen cum mutatione Ritûs &c.) excepto officio S. Huberti 3. novembris, quod accessit post annum 1686., & officio SS. Martyrum Gorcomiensium, quod ad preces *Petri Josephi* Epis. concedente Pontifice accessit anno 1714. De hoc autem Breviario plura infrà ad dictum annum 1598.

Antverpia scripta cum simplici U. Cæterùm notandum, quod in prima facie hujus Breviarii Antverpia ponatur cum simplici U. Antuerpia; in decursu tamen & in fine cum W. Antwerpia. Et hæ sunt primæ vices, quibus hoc vidi : in veterioribus enim manuscriptis & impressis hactenùs semper inveni cum W. exceptâ unicâ Bullâ Lucii PP. III. datâ circà annum 1182., quam suprà retuli tom. I. p. 176. Dicit interim Grammaye *Antv. L. I. Cap.* 2. diplomata cœnobii Michaëlitici ab anno 1200. & deinceps nominare Antverpiam nunc simplici nunc gemino V. Plurima ab eo tempore vidi, sed nullum mihi hactenùs occurrit cum simplici, nec ullum, in quo scribitur primâ aspirante Hantverpia.

Contensio inter FF. Minores & Capitulum circà sepulturam &c. Hoc anno contestatio cœpit inter FF. Minores & Capitulum B. M. super concordatis inter illos initis anno 1448. & anno 1461., quæ suprà ad illos annos relata sunt. Contensio autem hæc terminata non fuit nisi post septem annos. Guardianus cum fratribus contendebant, pacta cum capitulo inita observanda non esse, notanter circà sepulturam & legata ipsis relicta. Capitulum recurrit ad Decanum S. Petri

Lova-

Lovanii conservatorem privilegiorum suorum & Judicem apostolicum ad hoc constitutum per Bullam EUGENII PP. relatam suprà ad annum 1442. Dictus Decanus *Johannes de Thimo* auditâ Capituli querelâ in ea qualitate & in vim prædictæ Bullæ citat Guardianum & fratres Lovanium ad primam diem judicialem, idque per litteras citatorias datas 12. decembris anni 1496., quarum copiam notarialem vidi & asservatur in archivis Capituli. Coràm hoc judice res hæc aliquamdiu agitata fuit, sed terminari non potuit, ut infrà dicetur. Anno 1496.

Ædificatio matricis Ecclesiæ proficiebat continuò. Simul ac autem pars aliqua completa erat, concurrebant ad æmulationem piæ Confraternitates & Opificiorum Collegia ad locum hunc ornandum & erigendum in eo Altare proprium. Cum verò quique sibi optimum locum exoptarent, inde dissensiones, quas Capitulum & Senatus terminare debebant per Decreta. Unum tale Decretum factum est hoc anno nonagesimo septimo, quod attentionem meretur. Subjungo illud ex copia authentica, prout refertur in registro Gildæ S. Gregorii, vulgo *Zeep-zieders*. 1497.

Capitulum & Senatus distribuunt loca in B. M.

ALLEN *den ghenen die dese Letteren zelen sien oft hooren lesen* DEKEN *ende* CAPITTEL *in onser liever Vrouwen Kercke, ende* BURGER-MEESTERS, SCEPENEN *ende* RAIDE *van der Stadt van Antwerpen saluyt. Doen cond, dat wy op den zeventhiensten dach van aprille lestleden geordineert ende gesloten hebben t'ghene des hier nae volght, van woorde te woorde luydende aldus.*

Decretum desuper.

Nae dien, dat de Heeren DEKEN *ende* CAPITTEL *in onser liever Vrouwen Kercke ende* BURGER-MEESTEREN, SCEPENEN *ende* RAIDE

Anno 1497. *van der Stadt van Antwerpen diversche spraken ende communicatien met malkanderen gehouden hadden, zoe in den voors. Capittele, zoe oick in der Raidt-cameren der selver Stadt, omme ter eeren Goods almachtich ender ter chierheyt der voors. Kercken ende ten gerieve van den Volcke, de Autaren ende Broederschapen naebescreven eensdeels te transporteren totter bequaemste plaetsen van der selver Kercken, ende oick om te vereenigen de differentien, die geweest waeren ende namaels, in dien daer inne niet vorsien en warde, gebeuren souden moghen tusschen* de Gulde-brueders van der Gulden van den heyligen Sacramente *ter eenre, ende de* Gulde-brueders van sinte Gregoris Gulden, *die men heet de* Zeep-zieders, *ter anderen zyden, oft oick andere die dit nu oft namaels nopen ende aengaen mochte. Soe is ten nabescr. daghe by Meesteren* Janne van der Beke *Tresorier,* Kaerle Cotereau *ende* Anthonis de Vos *Canoniken, als gecommitteert ende volcomelyck gelast zynde van den voors.* Deken *ende* Capittel *van der voors. Kercken; ende by de voors.* Burgermeesteren *ende* Scepenen *vut consideratien van vele motiven ende redenen in de voorgaende communicatien in't langhe verhandelt, geordineert ende gesloten 't ghene des hier na volght.*

Te weten, dat den geheelen Choor, *daer nu staet dat waerachtich Lichaem Jhesu Xpi 't* Heyligh Sacrament, *sal sijn ende bliven 't eeuwigen daghen ter eeren ende gebruycke van den selven* Heyligen Sacramente *ende der* Gulden van dyen, *omme den selven Choir te beslottene, als onser liever Vrouwen Choir noort-waert staende gesloten is.*

Item dat den Autaer metter Beneficien ende Gulden van sinte Gregoris *getransfereert sal worden*

worden in den Choor *ende ter plaetſſen daer de heylighe Beſnydeniſſe ons liefs Heeren Jheſu Xpi nu is ende ſtaet.* Anno 1497.

Item dat de heylige Beſnydeniſſe *metten Autaer ende Beneficien daer op geſundeert getransfereert ſal worden in den Choor geheeten den* Choor van Jheruſalem *aen de Noort-zyde van der voorſ. Kercken nieuwelinghe gemaeƈt.*

Ende dat dien Choor Jheruſalem *gemeyn zyn ſal, ende ghemeynlic ende bruerderlick gebruyct worden by de* Gulde-brueders van den heyligen Grave van Jheruſalem *by tyden weſende.*

Reſerverende hen de voirſ. Capittel ende Stadt alle verclaringe ende interpretatie van den twyſelen ende queſtien, die namaels aengaende t'ghene des voorſcreven es, ryſen ſouden moghen.

Adus gedaen ende overdraghen in't jaer ons Heeren duyſent vier hondert ſeven ende negentich, ſeventhien daghe in aprille na Paeſſchen. Aldus geteyckent A. de Bliet.

Ende want wy Deken *ende* Capittel, Burger-meeſteren, Scepenen *ende* Raide *voorſ. den Gulden-brueders van* ſinte Gregoris Gulde, *geheeten* de Zeep-zieders, *voorg. gheloofi ende toegeſeeght hebben den voorſ. Choor, daer nu de heylige Beſnydeniſſe in ruſtende is, dien ſy van ſtonden aene ſullen moghen gebruycken: ſoe hebben Wy* Deken *ende* Capittel *onſen Seghel ende Wy* Burger-meeſters, Scepenen *ende* Raide *voorſ. de Zegel ten zaken der voorg. Stadt van Antwerpen in kenniſſen der waerheyt ende vaſtigheden der dinghen voorſcreven aen deſe letteren doen hanghen, op ten negenthienſten dach van Meye in den jaeren ons Heeren als men ſcreef MCCCC. ende ſeven-en-negentich.*

Anno 1497.

Confraternitas Ven. Sacramenti.

Ex hoc decreto habemus, Gildam seu Confraternitatem Ven. Sacramenti hoc anno, imò & anteà, in Ecclesia matrice substitisse; cum tamen hactenùs ipsa Confraternitas retulerit originem suam ad annum 1500. Habemus insuper, hanc Confraternitatèm antehac in possessione fuisse seu usum habuisse istius loci, qui hodie dicitur *Ven. Sacramenti*, sed simul cum aliis; eumqne hoc anno ipsius solius usui attributum esse.

Capella antiqua S. Præputii.

Habemus, quod *Gilda S. Gregorii*, quæ locum habuerat in choro Ven. Sacramenti, translata sit ad chorum, in quo servabatur *S. Præputium*. Quis autem fuerit hic locus, non planè constat; videtur fuisse capella in ambitu chori, quæ posteà cessit Ludimagistris.

Nova designatur.

Habemus, quod hoc tempore recenter constructa esset capella, quæ nunc *S. Præputii* dicitur, quæ tunc dicebatur *Chorus Jerusalem*; quodque ad eam transferri deberet S. PRÆPUTIUM è loco assignato Gildæ S. Gregorii. Hæc autem translatio demùm facta est anno 1513., ut videtur constare ex Litteris relatis in prædicto Registro Gildæ S. Gregorii.

Confraternitas S. Sepulchri in B. M.

Habemus denique, quod exstaret hoc tempore Confraternitas sub titulo: *Confraternitas S. Sepulchri Jerosolymitani*. Quodque locum haberet in dicto novo S. Præputii Choro. Hujus confraternitatis pietas indubiè maximè eminebat in repræsentando in hebdomadâ sanctâ sacro Christi sepulchro, quod usque in hodiernum diem quotannis observatur in dictâ Capella. Confraternitas hæc hodie non subsistit; quamdiu autem perseveraverit, nescitur. Magistri fabricæ hodie procurant dictam repræsentationem sacri sepulchri.

An connexionem habuerit cum Archiconfraternitate.

Franciscus Mennens Antverpiensis in Libello intitulato *Deliciæ Equestrium & Militarium*

Ordinum

Ordinum &c. edito Coloniæ 1613. 12° refert pag. 214. Actum, per quem *Petrus de Carate* commissarius generalis Archi-confraternitatis S. Sepulchri, & plures alii milites hujus Ordinis, tam suo quàm aliorum nomine, erigunt & creant magnum sui ordinis Magistrum PHILIPPUM II. Hispaniarum Regem in locum Infantis CAROLI filii sui: supplicantes Regi, quatenùs onus hoc acceptare dignetur, & Paulo PP. IV. quatenùs electionem suam dignetur confirmare. Electio hæc peracta est solemni pompâ in Ecclesia S. Catharinæ *Hoogstrati* 16. martii 1558. (hodie 1559.) Aderant novemdecim Milites, inter quos *Petrus Mennens* Dominus de *Berghe* in Wasia, apparenter consanguineus Auctoris. Vide D. Paquot *Mem. litt. XII. p.* 447. An autem Confraternitas S. Sepulchri in matrice ecclesia Antverpiensi, connexionem habuerit cum hac Archi-confraternitate, quæ tam prope celebrabat Comitia sua, restat inquirendum.

Anno 1497.

1498.

FF. Minores recusant obedire judici Apost.

Cum quæstio inter Capitulum & FF. Minores agitata esset coram judice apostolico, & Fratres ejus judicio se conformare recusarent; asserentes pacta quondam inita seu concordata à jure communi discrepare, & contra sua privilegia adeò facere, quod suis professione & conscientiis salvis quoquomodo ea servare aut juxtà illa vivere nullatenùs vellent seu possent, eaque observari non debere. Recurrit Capitulum ad PHILIPPUM Ducem Brabantiæ Marchionem nostrum, exponit ei factum; & tandem Princeps & Capitulum recurrunt ad sedem Romanam, supplicantes quatenùs Pontifex dignetur approbare & confirmare Concordata cum Fratribus inita anno 1448. & anno 1461. Pontifex his precibus motus concessit petitam confirma-

Princeps & Capitulum petunt à Pontifice approbationem Concordatorum.

Anno 1499. firmationem & tres commissarios nominavit: Abbatem Parcensem & Præpositos Leodiensem & Mechliniensem, quibus mandat, ut simul vel duo aut unus ipsorum concessionem suam executioni mandent; idque per Bullam datam Kal. februarii anno 1499. quam ex originali subjungo.

1499. Pontifex approbat concordata. „ALEXANDER Episcopus servus servorum „Dei ad perpetuam rei memoriam. Ea, que „per concordiam terminata sunt, nè in recidi„ve contensionis scrupulum relabantur, sed fir„ma perpetuò & inconcussa permaneant, li„benter, cum à Nobis petitur, apostolico „munimine roboramus.

Ex Archivis Capituli.

„Sanè pro parte dilectorum filiorum DECANI „& CAPITULI beate Marie opidi Antwerpiensis „Cameracensis Diocesis Nobis nuper exhibita „petitio continebat, quod cum olim inter eos „& dilectos filios Guardianum & Fratres domûs „sancti Francisci dicti opidi ordinis Fratrum „Minorum, de Observantia nuncupatorum, „super juribus Parochialibus ad ipsos Decanum „& Capitulum, ratione eorum Ecclesie, que „etiam Parochialis & matrix omnium aliarum „Ecclesiarum dicti Opidi existit, competen„tibus, nec non faciendis constructione & „edificatione dicte domûs rebusque aliis tunc „expressis, nonnulle lites & controversie exor„te fuissent, ipsi inter alia ad hanc inter eos „concordiam super hec devenerunt, videlicèt, „quod ipsi Fratres cessare deberent...."

Sequuntur hic omnia & singula puncta Concordati initi inter eos anno 1448. suprà ad annum illum relati.

„Et deinde quia denuò nove rixe, lites & „controversie occasione inhumationis corporis „quondam Agnetis uxoris Johannis Vycs in „claustrò Fratrum predictorum facte, & aliis

„rebus

„ rebus tunc expressis exorte fuerant, certis „ amicabilibus tractatibus prehabitis Guardianus „ ac duo alii Fratres de observantia, qui in „ eorum predicatianibus nonnulla verba, contu„ meliosa & DECANO & CAPITULO prefatis, pro„ palaverant, ergà eosdem DECANUM & CAPI„ TULUM se humiliando & dicta verba in eo„ rum predicationibus relata retractando pro „ ulteriori concordia.... DECANO & CAPITU„ LO spontè obtulerunt atque promiserunt... „ quod... perpetuis futuris temporibus singulis „ annis... celebrabunt anniversarium cum Vi„ giliis commendationibus & Missa in refrige„ rium animarum Decanorum, Canonicorum „ & aliorum beneficiatorum defunctorum dicte „ Ecclesie beate Marie... Insuper approbârunt „ & in anteà perpetuò continuare & observare „ promiserunt omnia & singula concordata at„ que appunctuamenta in Litteris communibus „ sigillis roboratis contenta; & circà sepulturam „ in ecclesiâ claustri dictorum Fratrum judicio „ Decani Ecclesie sancti Dionisii Leodiensis sta„ re voluerunt..., prout in quibusdam pu„ blicis instrumentis desuper confectis dicitur ple„ niùs contineri. Anno 1499.

„ Quare pro parte tam dilecti filii nobilis „ Viri PHILIPPI Archiducis Austrie & Bur„ gundie Ducis... quàm predictorum DECANI „ & CAPITULI... Nobis fuit humiliter suppli„ catum, ut pactis, conventionibus, con„ cordie, transactionibus & capitulis predictis „ pro eorum subsistentiâ firmiori robur aposto„ lice confirmationis adjicere ac aliàs in pre„ missis oportunè providere de benignitate apos„ tolicâ dignaremur.

„ Nos igitur, qui inter fideles quoslibet pa„ cis amenitatem vigere sinceris desideramus „ affectibus,... hujusmodi supplicationibus

„ incli-

Anno 1499. „inclinati ; pacta, conventiones, concordiam ; „transactiones & capitula hujusmodi, ac ; „prout ea concernunt, omnia & singula in „dictis instrumentis contenta auctoritate aposto- „licâ tenore presentium approbamus & confir- „mamus, illaque omnia & singula inviolabi- „liter observari debere decernimus : supplen- „tes ....

„Quocircà dilectis filiis Abbati monasterii „beate Marie Parcensis propè & extrà muros „opidi Lovaniensis, & Leodiensis ac sancti „Rumoldi Mechliniensis ecclesiarum Prepositis, „Leodiensis & Cameracensis Diocesis, per „apostolica scripta mandamus ; quatenus ipsi „vel duo aut unus eorum per se vel alium „seu alios presentes Litteras & in eis contenta ; „ubi & quando expedire cognoverint, ac quo- „tiens super hoc pro parte DECANI & CAPITU- „LI predictorum fuerint requisiti ; solemniter „publicantes ; ipsisque in premissis efficacis „defensionis presidio assistentes, faciant eâdem „auctoritate pacta ; conventiones, concor- „diam, transactiones & capitula hujusmodi „inviolabiliter observari, non permittentes eos- „dem DECANUM & CAPITULUM per Conven- „tum & Fratres predictos seu quoscumque „alios desuper quomodolibet molestari. Con- „tradictores ... Censuris ... compescendo ; „invocato etiam ad hoc, si opus fuerit ; „auxilio brachii secularis. Non obstantibus ... „quibuscumque ...

„Nulli ergo omnino hominum liceat hanc „paginam nostre absolutionis, confirmationis, „decreti, suppletionis & mandati infringere „vel ei ausu temerario contraire. Si quis au- „tem hoc attemptare presumpserit, indignatio- „nem omnipotentis Dei ac beatorum Petri & „Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum.

„Datum

„Datum Rome apud sanctum Petrum anno Anno
„incarnationis Dominice millesimo quadringen- 1499.
„tesimo nonagesimo-nono Kal. februarii, Pon-
„tificatûs nostri anno octavo. ALEXANDER
„PAPA VI."

1500.

Hanc Bullam publicavit & Fratribus Minoribus intimavit, ac observari mandavit sub pœnis in eâ contentis, Præpositus S. Rumoldi Mechliniæ, Litteræque desuper datæ sunt 11. augusti 1500., quas vidi & asservantur in Capitulo. Capitulum autem ursit observantiam Concordatorum & coram hoc judice agere cœpit contrà reluctantes FF. Minores.

Publicatur per Præpositum Mechliniensem.

FF. Minores appellant ad sedem Romanam.

Sed Guardianus & fratres à dicto judice apostolico ad Sedem apostolicam provocârunt & appellârunt, & Capitulum ipsum ad Romanam Curiam citari fecerunt. Cum autem Dux PHILIPPUS hoc intellexisset, nolens partes inter se lites sustinere, mandat & ordinat, ut partes sibi eligant & assumant quatuor jurisperitos Doctores aut Licentiatos Lovanii residentes, qui pacta prædicta moderarent aut aliàs rationabiliter & amicabiliter partes concordarent.

Princeps mandat, ut partes assumant judices Arbitrarios.

Capitulum itaque & fratres juxtà mandatum Principis assumpserunt quatuor judices, qui modificationes quasdam conceperunt. Modificationes autem hæ nec capitulo nec fratribus placuerunt. Itaque partes hinc inde institerunt, ut causa ad Sedem apostolicam & romanam Curiam devolveretur & deferretur. Sed PHILIPPO in remotis agente Gubernatores patriæ de expresso mandato PHILIPPI, ut asserebant, nullo modo consentire aut id admittere voluerunt, & comminati sunt, se velle impedire, nè partes inter se aliquem haberent & sustinerent processum seu litem. Tandem itaque partes inter se amicabiliter convenire debuerunt. Constant hæc

Judicium horum judicum neutri placet.

Petunt ut res deferatur Romam.

Impedit Princeps.

ex

Anno 1500. ex Concordato desuper inito anno 1503. quod infrà dabitur.

Exemptio Capituli à jurisdictione Epis. Capitulum Antverpiense immediatè subjectum erat Sedi apostolicæ, idque ab immemoriali; ita ut Episcopi Cameracenses nullam in illud aut subjectos ejus aut in Ecclesiam B. M. à memoriâ hominum exercuissent jurisdictionem. Hoc autem tempore fama ferebat, Episcopum Cameracensem Româ Bullam obtinuisse, per quam ei potestas concessa fuisset ad visitandum omnia in Diœcesi loca exempta. Cum autem Capitulum ad manum non haberet Litteras, per quas ei privilegium hoc concessum fuerat, meritò timebat, nè Episcopus antiquissimam hanc possessionem infringeret. Recurrit itaque ad PHILIPPUM Ducem Brabantiæ, qui singularem ergà Ecclesiam Antverpiensem affectum gerebat, supplicans, ut ipse à Pontifice petat confirmationem hujus possessionis. PHILIPPUS autem his precibus motus cum Capitulo recurrit Romam, supplicantque Pontifici, ut possessionem hanc exemptionis non tantùm confirmet sed & renovet; quod & obtinuerunt hoc anno 1500. per Bullam, quam ex originali subjungo.

Renovatur & confirmatur à Pontifice. „ALEXANDER Episcopus servus servorum Dei ad perpetuam rei memoriam.

Ex Archivis Capituli. „Sacrosancta romana Ecclesia, aliarum „orbis Ecclesiarum mater & magistra, alias „Ecclesias hujusmodi, presertim que ad eam „nullo medio pertinere, illique subesse noscuntur, ac personas in illis Altissimo continuè „famulantes, ut suos humiles & devotos filios „ex assuete pietatis officio propensiùs amplecti, „& nè indebitis molestiis agitentur, eos tamquam pia Mater sue protectionis presidio

„confovere

„ confovere consuevit, prout rationabiles cau- Anno
„ se suadent & id in Domino conspicit salubri- 1500.
„ ter expedire.

„ Sanè pro parte dilectorum filiorum DECA-
„ NI & CAPITULI Ecclesie beate Marie Ant-
„ werpiensis Cameracensis Diocesis Nobis nuper
„ exhibita petitio continebat, quod licet Epis-
„ copi Cameracenses, qui hactenus fuerunt,
„ etiam à tanto tempore citrà, cujus contra-
„ rii hominum memoria non existit; in Ec-
„ clesiam beate Marie predictam illiusque De-
„ canum, Capitulum, Canonicos, Vicarios,
„ Capellanos & alios perpetuos beneficiatos, ser-
„ vitores ac personas alias ejusdem Ecclesie,
„ ac alias dictis DECANO & CAPITULO jura-
„ mento aut alias quomodocumque subjectas
„ aut suppositas, nullam prorsus jurisdictio-
„ nem, superioritatem, visitationem, domi-
„ nium vel potestatem exercuerint; sed Ecclesia
„ beate Marie, Decanus, Capitulum, Ca-
„ nonici, Vicarii, Capellani, beneficiati &
„ persone hujusmodi plenâ fuerint Sedis apostolice
„ libertate potiti ac potiantur.

„ Quia tamen aliàs quàm per hujusmodi con-
„ tinuatam possessionem forsan de hujusmodi
„ exemptione non constat, Decanus, Capi-
„ tulum, Canonici, Vicarii, Capellani, bene-
„ ficiati & persone hujusmodi dubitant, nè
„ modernus Episcopus Cameracensis, pretextu
„ quarumdam Litterarum apostolicarum, per
„ quas sibi concessum fuisse dicitur, ut Ec-
„ clesias & alia loca exempta Civitatis ac Dio-
„ cesis Cameracensis eorumque personas visitare
„ possit, seu alius ex successoribus suis, eo-
„ rum antiquissimam libertatem infringere nita-
„ tur.

„ Quare pro parte tam dilecti filii nobilis
„ Viri PHILIPPI Archiducis Austrie, qui

Anno 1500. „ etiam Burgundie & Brabantie Dux existit ; „ & in cujus temporali Dominio occasione hu„ jusmodi Ducatûs Brabantie ipsa Ecclesia beate „ Marie consistit, & qui ad illam singularem „ gerit devotionis affectum, quàm DECANI & „ CAPITULI predictorum Nobis fuit humiliter sup„ plicatum, ut Ecclesiam ipsam beate Marie, Deca„ num, Capitulum, Canonicos, Vicarios, Capel„ lanos & beneficiatos, servitores aliasque perso„ nas hujusmodi, quocumque nomine nuncu„ pentur, presentes & futuros & eorum singu„ los sub beati Petri & nostrâ protectione sus„ cipere ac ab omni jurisdictione, superiorita„ te, visitatione, procuratione, correctione, „ dominio & potestate moderni & pro tempo„ re existentis Epis. Cameracensis hujusmodi, „ ipsiusque Vicariorum, Officialium, Pro„ curatorum, Nuntiorum & Commissariorum „ & cujuslibet eorum prorsus eximere & totaliter „ liberare, aliasque eis & dicte Ecclesie beate „ Marie in premissis oportunè providere de „ benignitate apostolica dignaremur.

„ Nos igitur, qui pacem & quietem queri„ mus singulorum, Decanum & singulares „ personas Capituli hujusmodi à quibuscumque „ excommunicationis, suspensionis & interdic„ ti aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris „ & penis, à jure vel ab homine quâvis oc„ casione vel causâ latis, si quidem quomo„ dolibet innodati existant, ad effectum pre„ sentium dumtaxàt consequendum, harum „ serie absolventes & absolutos fore censentes, „ hujusmodi supplicationibus inclinati, Ecclesiam „ beate Marie, Decanum, Capitulum, Ca„ nicos, Vicarios, Capellanos & beneficiatos „ aliosque servitores ac personas alias hujusmo„ di, presentes & futuros & eorum singulos, „ sub ejusdem beati Petri & nostrâ protectione

„ autho-

„ auctoritate apostolicâ tenore presentium suscipimus ; ac Nobis & Romano Pontifici pro tempore existenti solùm & dumtaxàt immediatè subjicimus ; nec non ab omni jurisdictione, superioritate, visitatione, procuratione, correctione, dominio & potestate moderni & pro tempore existentis Episcopi Cameracensis suorumque Vicariorum, Officialium, Procuratorum, Nuntiorum & Commissariorum hujusmodi & cujuslibet ipsorum prorsus eximimus & totaliter liberamus. Ita tamen quod Episcopi, Vicarii, Officiales, Procuratores, Nuntii & Commissarii presati aut eorum aliquis, etiam pretextu predictarum aut quarumvis aliarum dicte Sedis Litterarum, quascumque clausulas etiam derogatoriarum derogatorias continentium, seu etiam ordinariâ vel quâcumque auctoritate aliâ suffulti, in Ecclesiam beate Marie, Decanum, Capitulum, Canonicos, Vicarios, Capellanos, beneficiatos & servitores ac alias personas hujusmodi, aut eorum aliquem, utpote prorsus exemptos, etiam ratione delicti, contractûs vel rei, de quâ ageretur, ubicumque committatur delictum, iniatur contractus aut res ipsa consistat, informationem, superioritatem, visitationem, procurationem, correctionem, dominium vel potestatem aliquo modo exercere, aut in eos seu eorum aliquem excommunicationis, suspensionis, interdicti seu quasvis alias sententias, censuras seu penas promulgare nequeant quoquomodo. Decernentes ex nunc omnes & singulos processus, sententias, censuras & penas, quos & quas per Episcopum, Vicarios, Officiales, Procuratores, Nuntios & Commissarios predictos seu eorum aliquem, in Ecclesiam beate Marie, Decanum, Capitu-

Anno 1500.

Anno 1500. „ lium, Canonicos & alios exemptos supra„ dictos aut eorum aliquem haberi vel promul„ gari, nec non quidquid secus super hiis per quos„ cumque quâvis auctoritate scienter vel ignoranter „ fieri vel attemptari contigerit, & quecum„ que pro tempore inde secuta, nulla, irrita „ & invalida, nulliusque fore roboris vel „ momenti. Non obstantibus felicis recordationis „ INNOCENTII PP. IIII. predecessoris nostri con„ trà exemptos, que incipit *Volentes*, & qui„ busvis aliis constitutionibus & ordinationibus „ apostolicis, nec non facultate & Litteris „ Episcopo moderno contrà exemptos concessis „ hujusmodi, quascumque clausulas, etiam „ derogatoriarum derogatorias, ac aliàs fortio„ res & efficaciores in se continentibus. Quibus „ omnibus, etiamsi de illis eorumque totis te„ noribus pro illorum sufficienti derogatione „ specialis, specifica, individua & expressa ac „ de verbo ad verbum, non autem per clau„ sulas generales id importantes mentio seu que„ vis alia expressio habenda foret, tenores „ hujusmodi ac si de verbo ad verbum inserti „ forent presentibus pro expressis habentes, hâc „ vice dumtaxàt illis, aliàs in suo robore per„ mansuris, harum serie specialiter & expresse „ derogamus, ceterisque contrariis quibuscum„ que.

„ Nulli ergo omninò hominum liceat hanc „ paginam nostre absolutionis, susceptionis, „ subjectionis, exemptionis, liberationis, de„ creti & derogationis infringere vel ei ausu „ temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare „ presumpserit indignationem omnipotentis Dei ac „ beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus se „ noverit incursurum.

„ Datum Rome apud sanctum Petrum anno „ Incarnationis dominice millesimo quingentesi-

„ mo,

„ mo ; duodecimo Kal. augusti , Pontificatûs „ nostri anno octavo. " Anno 1500.

Eâdem die Pontifex committit Abbates S. Michaëlis & S. Gertrudis Lovanii & Decanum S. Petri ibidem , ut simul vel duo vel unus eorum , assistant DECANO & CAPITULO Antverpiensi , Bullam relatam publicent & observari faciant , & contradictores auctoritate apostolicâ compescant , invocato etiam , si opus foret , auxilio brachii secularis ; idque per Litteras eâdem die ad illos directas , quas ex originali subjungo.

Pontifex committit qui Bullam hanc executioni mandent.

„ ALEXANDER Episcopus servus servo- „ rum Dei dilectis filiis sancti Michaëlis Ant- „ werpiensis & sancte Gertrudis Lovaniensis mo- „ nasteriorum Abbatibus ac Decano sancti Petri „ Lovanii , Cameracensis & Leodiensis Dioce- „ sium , salutem & apostolicam benedictio- „ nem.

Litteræ desuper.

Ex Archivis Capituli.

„ Hodie à Nobis emanaverunt Littere teno- „ ris subsequentis : ALEXANDER Epis. *&c.* „ *ut suprà.*

„ Quocircà discretioni vestre per apostolica „ scripta mandamus , quatenus vos vel duo „ aut unus vestrûm , per vos vel alium seu alios eis- „ dem DECANO & CAPITULO ac Canonicis & aliis „ exemptis predictis in premissis efficacis defen- „ sionis presidio assistentes , ac Litteras predic- „ tas , ubi & quando expedierit , ac quotiens „ fueritis super hoc pro parte DECANI & CAPI- „ TULI ac aliorum exemptorum predictorum „ requisiti , solemniter publicantes , faciatis „ auctoritate nostrâ Litteras ipsas ac omnia in „ eis contenta inviolabiliter observari , eosque „ exemptione , subjectione , liberatione & aliis „ premissis pacificè frui & gaudere ; non per- „ mittentes ipsos contrà Litterarum earumdem „ tenorem per modernum & pro tempore ex-

Anno 1508. „ istentem Epis. Cameracensem, Vicarios, „ Officiales, Procuratores, Nuntios seu com„ missarios prefatos aut alios quoscumque desu„ per quomodolibet molestari. Contradictores „ auctoritate nostrâ, appellatione postpositâ, „ compescendo, invocato etiam ad hoc, si „ opus fuerit, auxilio brachii secularis. Aut si „ prefato Episcopo vel quibusvis aliis commu„ niter vel divisim ab eâdem sit Sede indultum, „ quod interdici, suspendi vel excommunicari „ non possint per Litteras apostolicas non fa„ cientes plenam & expressam ac de verbo ad „ verbum de indulto hujusmodi mentio„ nem.

„ Datum Rome apud sanctum Petrum anno „ Incarnationis dominice millesimo quingentesi„ mo, duodecimo Kal. augusti, Pontificatûs „ nostri anno octavo."

Confraternitas V. S. in B. M. Ad hunc annum millesimum quingentesimum originem Confraternitatis VEN. SACRAMENTI in Ecclesia matrice referunt Chronica, & retulit huc usque ipsa Confraternitas. Suprà tamen vidimus *pag*. 202. eam substitisse anno 1497. & quidem anteà, eique per capitulum & Senatum locum in nova Ecclesia assignatum fuisse. Monumenta originem ejus assignantia hactenùs non vidi. Interim ipsa Confraternitas usque in hodierum diem continuatâ serie perseverat inter primarios Cives, qui cultum divinum in dictâ Capellâ honorificè procurant.

Gerontocomium septem Fratrum. Circà hunc annum fundatum est Gerontocomium viâ *de Boeckstede*, de quo *Scribanius Orig. Antv. pag*. 114.: „ SEPTEM FRATRUM anni „ sunt ampliùs centum, cum *Henricus Leomans* „ domum legavit viris septem senio & egestate „ pressis, subsidiariumque vitæ trahendæ annuum

cen

censum addidit." Domus hæc subsistit hodieque. Anno 1500.

Vidimus seculo elapso post perniciosum & diuturnum schisma, quo Ecclesia divisa erat inter plures Pontifices, omnes ferè Religiosorum Ordines reformatos fuisse. Sed, quæ collapsa sunt, non simul & semel restituuntur ad primævum vigorem. Hinc hoc etiam tempore varia monasteria reformatione indigebant. Inter hæc Conventus FF. Prædicatorum in hac civitate hoc anno reformatus refertur, reformationem procurante *Anthonio Wellenio*, ut refert Grammaye *Ant. Lib. II. Cap. 7.* (*Anthonius Wellens* erat Antverpiensis ejusdem conventûs Prior, qui anno 1471. 19. febr. Lovanii renuntiatus fuerat S. T. Doctor.) & eam exequente *Fr. Servatio Fauchello* S. T. M. Coloniensis cœnobii Priore, ut refert Author *Chor. Cœnob. FF. Præd. Antv.* apud Sanderum. In quibus autem punctis facta sit reformatio, hactenùs non licuit cognoscere.

FF. Prædicatores reformantur.

Circà hoc tempus etiam reformata est Abbatia S. Michaëlis per *Jacobum Elsacker* Abbatem suum, ut habet ejus Epitaphium apud Sanderum. Abbas hic non tantùm suum monasterium reformavit, sed & plurimùm collaboravit in reformatione totius Ordinis Præmonstratensis, ad quam stabiliendam anno 1502. cum Abbatibus Parcensi & Furnensi deputatus est Romam ad JULIUM PP. II., à quo reformationis confirmationem obtinuerunt. Sic & alia fortè hoc tempore monasteria reformata fuerunt. 1501.

Item Præmonstratenses S. Michaëlis.

Papebrochius *Annal. MSS. ad an.* 1501. notat Episcopum Cameracensem eo anno 14. no-

Decretum Epis. contrà adulteros.

 vembris

Anno 1501. vembris edidisse Decretum contra adulteros, quod refertur in civitatis majori papyraceo privilegiorum libro *fol.* 275. Sed quales pœnæ illis fuerint injunctæ, non indicat.

Augetur Ecclesia S. Walburgis. Augebatur hoc tempore Ecclesia S. Walburgis. Latus seu ala borealis construi cæpit hoc anno 1501. & meridionale an. 1506. Papeb. *Annal. MSS.*

Idem Auctor *ibidem* ad annum 1503. hæc de antiquis ejusdem Ecclesiæ fundationibus refert: Invenio, inquit, in libro reddituum ac censuum Ecclesiæ, quem adm. R. D. *Carolus Uwens* Pastor benignè mecum communicavit, anno MDCII. sic scriptum.

Antiquæ ejusdem Ecclesiæ fundationes. „In capsa 94. est capellania fundata ad Al„tare *S. Quintini* & *Appolloniæ* per D. *Theobal„dum de Platella* Canonicum, sub onere dua„rum missarum in septimana & adhuc unius missæ, „quandò dantur portiones S. Spiritûs. Deinde „in capsa 98. est Capellania primæ missæ ad „altare *S. Quintini* fundata ex ordinatione ma„gistrorum fabricæ & mensæ S. Spiritûs, de „bonis & redditibus per honorabiles viros *Quin„tinum* dictum *Clarenstene* ac D. *Petrum Bor„donk* presbyterum ad hoc datis & assignatis, „sub onere duarum missarum diebus Domini„cis & sabbatinis. In capsa 101. est & alia „Capellania secundæ fundationis ad idem *S. „Quintini* altare per executoros quondam *Joan„nis Wilhelmi* nautæ, sub onere trium missa„rum in septimana.

In eodem porrò Ecclesiæ libro sic legitur.

Duo Portionarii ibidem. „Inter Ecclesias subalternas ecclesiæ collegia„tæ S. Mariæ est omnium prima & antiquissi„ma Ecclesia *S. Walburgis* aliàs *Castri*, ubi „antiquitùs solent esse duo Portionarii sive *Pasto-*

„res

„ *res*. Primi est decantare quotidiè summum „ sacrum exceptis diebus ferialibus in quadrage- „ sima, quando possessor Capellaniæ *B. Mariæ* „ tenetur quotidiè illud celebrare.... Secundi „ est concionari & celebrare sacrum parochiale „ diebus Dominicis & Festivis. Sunt præterea „ in prædicta Ecclesia quatuordecim Capellaniæ. „ I. ad Altare *S. Eligii* sub onere duarum mis- „ sarum in septimana. II. ad Altare *S. Crucis* „ & *S. Barbaræ* sub onere trium missarum. „ III. ad *S. Annæ* sub onere unius. IV. ad *SS.* „ *Quintini* & *Appolloniæ* sub onere duarum. V. „ *SS. Jacobi* & *Antonii* sub onere trium. VI. „ ad *B. Mariæ* fundata per *Wilhelmum de* „ *Nose* & ejus uxorem quatuor missarum & „ decantationis summi sacri in diebus ferialibus „ per quadragesimam. VII. *S. Nicolai* primæ „ missæ fundata per *D. Lutgardam* relictam qu. „ *D. Willelmi* sub onere nunc trium missarum. „ VIII. primæ missæ ad *S. Quintini* ut suprà „ sub onere duarum missarum. IX. sub eodem „ onere duarum missarum ad Altare *S. Trini-* „ *tatis* & *S. Germani* per *Joannem de Ponte* & „ *D. Nicolaum Colet* presbyterum. X. & XI. „ duæ fundatæ ad Altare parochiale per hones- „ tum virum *Henricum Voseagen* (fortè *Vosjager*) „ mercatorem Alemannum sub onere quotidianæ „ missæ ante apertionem portæ civitatis XII. „ ad Altare *S. Quintini*, ut suprà. In capsa. 101. „ XIII. & XIV. ad Altare *Venerabilis Sacra-* „ *menti* per executores qu. *Nicolai Vossius* sub „ onere quatuor missarum. Et præterea ad idem „ Altare alia fundata per *Ursulam Musch* sub „ onere trium missarum vel ad minùs tot quot „ promittent reditus, estque juris Patronatûs, „ & modernus possessor est D. Antonius Com- „ postella; & secundùm ipsam fundationem D. „ *Prior* monasterii *Petri Pots* habuit tribus vi- cibus

Anno 1591.

Anno 1501. „ cibus præsentationem, quæ nunc est postre„ ma in D. Compostella, & deinceps est ad „ collationem capituli. Sunt igitur in dicta Ec„ clesia quatuordecim Capellaniæ, quæ obli„ gantur in septimana ad quadraginta mis„ sas."

1502. Anno seculi hujus secundo obiit FRANCISCUS BUSLIDIUS, ab anno 1498. Decanus Capituli Antverpiensis, cujus Præbendæ possessionem adierat 1. octobris. Oriundus Arluno Ducatûs Luxemburgensis Oppido, præceptor fuerat PHILIPPI Archiducis Marchionis nostri hoc tempore regnantis. Fuit & Præpositus Cathedralis Leodiensis & S. Donatiani Brugis. Obiit autem 22. augusti Archiepiscopus Bizuntinus & S. R. E. Cardinalis designatus. Fratrem habuit *Hieronimum Buslidium* J. U. D. Consiliarium Mechliniæ & fundatorem Collegii *Trilingui* Lovanii.

Franciscus Buslidius Decanus Antv.

1503. Vidimus suprà ad annum 1496. tunc cœptam fuisse dissensionem inter Capitulum Antverpiense & FF. Minores ejusdem Civitatis, idque circà observantiam concordatorum inter illos quondam initorum. Vidimus deinceps desuper tentatas fuisse lites, easque fuisse impeditas per Principem, qui nullatenùs volebat partes desuper lites instituere nec hìc nec Romæ, sed absolutè volebat amicabilem conventionem.

Dissensioni inter Capitulum & FF. Minores.

Tandem Fratres Minores anno 1502. in Capitulo celebrato Bergis suprà Zomam statuerunt convenire cum Canonicis & novam concordiam inire; & ad hoc deputârunt Provincialem Coloniensis provinciæ & tres Guardianos Antverpiensem Mechliniensem & Botendalensem. Capitulum autem Antverpiense in eundem finem deputavit tres Canonicos.

Deputati utrimque.

Hi

Hi autem sic deputati pluries convenerunt & tandem, cum quadam modificatione quorumdam articulorum in præcedentibus concordatis statutorum, conceperunt pro nova concordia viginti articulos, quos in scriptis redegerunt, ac 22. aprilis anni 1503. congregati coram Notario & testibus acceptârunt & approbârunt, Canonici pro se, Decano & Capitulo, Guardiani pro se & Conventu. Dein dicti articuli 24. aprilis in Conventu FF. Minorum coram deputatis Capituli, & 26. aprilis in Capitulo B. M. coram deputatis Fratrum in præsentia Notarii & testium prælecti sunt & nemine discrepante acceptati, ac ratificati sunt & approbati, & pro majori firmitate renuntiârunt Fratres omnibus privilegiis impetratis & impetrandis. Super his autem confectus est Actus notarialis, quem ex Originali subjungo.

Anno 1503.

per novum Concordatum finem imponunt.

„ DECANUS & CAPITULUM Ecclesie „ Bte Marie Oppidi Antwerpiensis Cameracen- „ sis Diocesis, nec non VICARIUS Provincialis „ Provincie Colonie, quoad *Fratres Minores de* „ *observantia* nuncupatos, ac GUARDIANUS & „ Conventus domus seu monasterii beati Fran- „ cisci etiam de Observantia oppidi Antwer- „ piensis & Cameracensis Diocesis predicto- „ rum, Universis & singulis presentes Litteras „ sive presens publicum instrumentum inspectu- „ ris, lecturis pariter & audituris salutem in „ Domino & presentibus fidem indubiam „ adhibere.

Actus notarialis desuper.

Ex Archivio Capituli.

„ Notum facimus per presentes, quod cum „ nuper inter nos DECANUM & CAPITULUM ex „ una, ac GUARDIANUM & CONVENTUM „ predictos partibus ex alia, pullulari formidaren- „ tur seu exorte essent nonnulle discordiarum „ materie, occasione quorumdam privilegio- „ rum dictis Fratribus de Observantia, ut

Materia dissensionis.

„ asserue-

Anno 1503.

„ asseruerunt, concessorum; nec non pacto-
„ rum, conventionum seu appunctuatorum,
„ de anno Domini millesimo quadringentesimo
Vide suprà ad an. 1448. „ quadragesimo octavo, dum Conventus dic-
„ torum Fratrum in hoc Oppido Antwerpiensi
„ erigeretur, inter nos initorum & convento-
„ rum; posteaque per Judicem delegatum
„ Apostolicum in Civitate Leodiensi deputatum
Vide suprà ad an. 1460. „ de anno Domini millesimo quadringentesimo
„ sexagesimo, de partium hinc inde consensu,
„ confirmatorum & approbatorum: Guardianus
„ tamen & Conventus predicti de anno Domi-
„ ni millesimo quadringentesimo nonagesimo
„ sexto asserentes dicta pacta sive pactitata à
„ jure communi discrepare, & contrà eorum
„ privilegia adeò facere, quod eorum professio-
„ ne & conscientiis salvis quoquomodo ea ser-
„ vare aut juxtà illa vivere, nullatenùs vel-
„ lent seu possent: sed nec dicta pacta hacte-
„ nùs fuisse aut esse, maximè in omnibus
„ eorum punctis & articulis observata, neque
„ observari debere.

Tentata pro finienda dissensione.

„ Quare nos DECANUS & CAPITULUM coram
„ judice Apostolico in partibus istis impetrato,
„ videlicèt coram Preposito Mechliniensi, Guar-
„ dianum & Fratres predictos in jus & causam
„ vocari fecimus, causamque instruendo proce-
„ dere nisi fuimus. Sed dicti *Guardianus* & *Con-*
„ *ventus* à dicto Judice apostolico ad Sedem
„ apostolicam provocârunt & appellârunt &
„ Capitulum ipsum ad Romanam Curiam ci-
„ tari fecerunt.

„ Quod illustrissimus Dominus noster Domi-
„ nus PHILIPPUS Archidux Austrie Dux Bour-
„ gondie, Brabantie &c. intelligens, nè par-
„ tes ipse lites & processum inter se sustine-
„ rent, mandavit ordinavitque, quod nos
„ DECANUS & CAPITULUM, ac GUARDIANUS,
„ Fratres

„ Fratres & Conventus prefati, quatuor juris- Anno
„ peritos in altero vel utroque jurium promo- 1503.
„ tos Doctores seu Licentiatos, in Universitate
„ studii generalis Lovaniensis Leodiensis Dioce-
„ sis residentes, nobis eligeremus & assumere-
„ mus, qui pacta predicta, prout de jure,
„ moderarent, seu aliàs rationabiliter & ami-
„ cabiliter nos concordarent. Qui Domini Ju-
„ risperiti, juxtà mandatum & ordinationem
„ predicta. electi & assumpti, juribus par-
„ tium non omninò insistentes, sed pro pace
„ & quiete inter nos mutuò servandis, certas
„ moderationes super dictis pactis conceperunt &
„ ordinârunt.

„ Quas moderationes nos DECANUS & CAPI-
„ TULUM inter Nos, GUARDIANUS verò &
„ Fratres ad eorum Capitulum generale in civi-
„ tate Albiensi & deinde ad Provinciale in Op-
„ pido Bergensi nuperrimè successivè celebrata
„ transtulerunt & retulerunt, ac in illis com-
„ municaverunt.

„ De quibus quidem Jurisperitorum modera-
„ tionibus supradictis tam nos Decanus & Capi-
„ tulum, quàm Guardianus & Conventus
„ non satis contenti, institimus hinc inde dili-
„ genter, quod causa ipsa ad Sedem apostoli-
„ cam & romanam Curiam supradictas devol-
„ veretur & deferretur. Quod illustris Dominus
„ Dominus *Engelbertus* Comes de Nassau Lo-
„ cum-tenens *generalis Prefecti* Illustrissimi Do-
„ mini PHILIPPI Archiducis in remotis agen-
„ tis, & magnificus Dominus Dominus *Wil-*
„ *helmus de Stragio* Dominus de Orbays &
„ Malene Cancellarius Brabantie, de expresso
„ mandato per dictum illustrissimum Dominum
„ Dnum PHILIPPUM Archiducem eis, ut affir-
„ mabant, facto, nullo modo consentire aut
„ admittere voluerunt; sed nè partes inter se
„ aliquem

Anno 1503. „ aliquem haberent & sustinerent processum seu „ litem, etiam de facto impedire velle iidem „ Domini Comes Locum-tenens & Cancellarius „ etiam comminati sunt.

Via ad concordiam. „ Ita nos DECANUS & CAPITULUM ac GUAR„ DIANUS & CONVENTUS prefati post longas „ & diversas cum probis & dictis Dominis & „ amicis consultationes & communicationes ha„ bitas, revolventes, quàm sit plena pericu„ lis, quàm onusta dispendiis, quamque in „ divine Majestatis conspectu reddatur exosa „ discordia, pro bono pacis & mutuâ caritate „ litium anfractus devitare, & prefati illustris„ simi Domini Archiducis mandatis obtempera„ re & parere volentes, per Venerabiles & cir„ cumspectos ac religiosos viros Dominos & „ magistros *Willelmum Colenghenensoey* Canto„ rem & *Ambrosium de Dinter*, & *Stephanum* „ *de Manter* ac *Johannem Nilis* Canonicos „ dicte Ecclesie B. Marie, per nos DECANUM „ & CAPITULUM ad id specialiter deputatos, „ necnon Patrem *Zwederum Coesvelde* ad pre„ sens Provincialem dicte provincie Coloniem„ sis & Fratrem *Ambrosium Lent* ad presens „ dicte Antwerpiensis & Fratrem *Dionisium de* „ *Bergis* Mechliniensis & Fratrem *Theodoricum* „ monasterii Botendalensis domorum dicti Or„ dinis fratrum Minorum de observantia Guar„ dianos, nuper per Fratrem *Ludolphum Gronin„ gen*, olim & tunc Vicarium dicte provincie „ Coloniensis, & discretos provincialis Congrega„ tionis in Bergis suprà Zomam de anno proxi„ mè preterito celebrate, vigore certarum „ litterarum commissorialium eorundem Fratris „ *Ludolphi* tunc Vicarii & provincialium in „ pargameno scriptarum & sigilli ejusdem Fra„ tris *Ludolphi* olim Vicarii in cerâ albâ, „ chartâ papireâ suprapositâ, impressione mu-

„ nitarum

„ nitarum, ac per ipsum tunc & olim Vicarium, ut primâ facie apparebat, subscriptarum, quarum tenor inferiùs est insertus, ad id etiam inter alia specialiter deputatos commissarios & facultate speciali munitos, Pacta, Conventiones & Concordias, de quibus suprà fit mentio, reassumi & renovari fecimus in hunc, qui sequitur, modum: Anno 1503.

Articuli Concordiæ.

„ PRIMO. Quod Fratres, quoad predicationem in suis monasteriis & locis faciendam, horam consuetam & hactenùs observatam tenebunt; in aliis autem locis Oppidi Antwerpiensis diebus precipuè Dominicis & Festis triplicibus in matrice Ecclesia servari solitis, eâ, videlicet horâ, quâ matutinè summa Missa ac Vespere inibi celebrantur, aut dum Rector ecclesie ibidem predicare voluerit, nisi vocati & rogati per DOMINOS de CAPITULO aut Rectores ecclesiarum, Fratres non predicabunt.

Circà materiam, tempus & locum predicationis.

„ SECUNDO. Fratres non debent seculares à matricis Ecclesie frequentia vel accessu retrahere juxtà Clementinam *Religiosi* de privilegiis, sub penis ibidem taxatis; & servetur dicta Clementina in punctis ad hec requisitis & servientibus.

„ TERTIO. Debent Fratres ad hujusmodi officium predicationis exercendum, temporibus tamen debitis, eligere viros litteratos & ydoneos juxtà formam Clementine *Dudum* de sepulturis.

„ QUARTO. Fratres requisiti à Rectore matricis Ecclesie vel ejus Loco-tenente tenebuntur in suis predicationibus, primâ videlicet Dominicâ, quartâ & ultimâ quadragesime, Ascensionis Domini, Pentecostes, Nativitatis sancti Joannis Baptiste, Assumptionis &

„ Nativi-

Anno 1503. „ Nativitatis beate Marie Virginis diebus, ex„ presse populum informare, quod decimas & „ oblationes dicte Ecclesie solvere non omittant „ sub penis in Clementina *Cupientes* de penis con„ tentis.

Quoad administrationem Eucharistiæ.

„ QUINTO. Quod de administratione sacra„ mentorum presertim Eucharistie, quoad illos, „ qui non sunt de Ordine vel de familia do„ mestica domorum Ordinis ipsorum (sororibus „ de tertio Ordine, de quibus Domini de „ Capitulo se non ingerunt; exceptis) Fratres „ nullatenùs se intromittant, nisi quatenùs eis „ hoc concessum sit de jure. Et inconcusse „ servent Constitutionem *Religiosi* de privilegiis „ in Clementina; nec illi quoquo modo in „ suis predicationibus contraveniant; Prelatis „ aut Curatis aut Dominis de Capitulo aut sub„ jectis eorum detrahendo, juxtà omnem il„ lius Constitutionis tenorem sub penis in ea„ dem Constitutione contentis.

Quoad Confessarios.

„ SEXTO. Quod Guardianus & ministri pre„ sentabunt suos Fratres, in confessores elec„ tos, Episcopo ad audiendum confessiones; „ quos sic presentatos & admissos tenebuntur „ (si requirantur) Capitulo prefato nominare. „ Ex quibus tot Confessores poterunt admitti, „ quot discretioni Episcopi videbitur expedire „ juxtà Clementinam *Dudum* de sepultu„ ris.

Locus & Tempus audiendi confessiones.

„ SEPTIMO. Quod Fratres in suo loco quo„ cumque etiam tempore Confessiones audi„ re valeant; salvo quod in aliis ejusdem Op„ pidi locis, nisi casus arduus & necessarius „ salutis alicujus gratiâ emerserit, hoc officium „ non exercebunt.

Monitiones faciendæ.

„ OCTAVO. Quod Fratres teneantur expresse „ facere conscientiam sibi confitentibus, quod „ Ecclesie matrici *decimas* & *oblationes* solvere

„ non

„ non omittant, juxtà dictam Clementinam „ *Cupientes*; Neque debent Fratres testatores à „ restitutionibus debitis aut legatis matrici Eccle„ sie faciendis retrahere, vel legata aut debita „ vel malè ablata incerta sibi aut aliis sui Ordinis „ Fratribus aut Conventibus in matricis Ecclesie „ prejudicium fieri seu erogari procurare, juxtà „ dictam Clementinam *Religiosi*, sub penis in „ dictis Constitutionibus appositis. Anno 1503.

„ NONO. Juxtà *Capitulum primum de sepul*„ *turis in Sexto* Fratres non debent inducere „ aliquos ad vovendum, jurandum vel fide „ interpositâ seu aliàs promittendum, ut apud „ eos sepulturam eligant vel jam electam ulte„ riùs non immutent; sub penis in dicto Ca„ pitulo expressis. Quod si secùs actum fuerit, „ tales non apud eos; sed apud matricem Ec„ clesiam sepeliri debent. Et si Fratres tales se„ pelire de facto presumpserint, tam sepulto„ rum corpora; quàm ea, que occasione se„ pulture talium ad Fratres pervenerunt, ma„ trici Ecclesie, si petantur, cedant, sub „ penis in dicto *Capitulo* & Clementina *Cupien*„ *tes* latis. Et preter hoc neque Curati neque „ Fratres poterunt inducere laycos ad eligen„ dum sepulturam apud eos.

Circà illectionem ad sepulturam.

„ DECIMO. Quoad sepulturam est provisum, „ quod corpus defuncti, apud Fratres „ sepeliendum, primò ad Ecclesiam Fratrum „ deferatur: Exequie tamen & sextarium, tri„ cenarium quoque & anniversarium in matrice „ Ecclesia celebrabuntur; & domini de Capi„ tulo omnia funeralia & oblationes ibidem fac„ tas, in quacumque specie consistant, etiam „ pannos sericeos, laneos & alios cujuscum„ que modi suprà feretra sive sepulcra mortuo„ rum; etiam in ecclesia sive cemiterio Fra„ trum posita, percipient.

Circà modum sepulturæ & emolumenta.

Anno 1503. „De Legatis verò ipsis Fratribus quomodo-
„cumque, distinctè vel indistinctè, ad cer-
Circà Legata „tum seu non certum usum ab hiis, qui
„apud eos sepeliuntur; factis seu donatis Do-
„mini de Capitulo nihil detrahent: sed si quid
„juris habent in eisdem, hoc ipsis Fratribus
„pro eorum necessitatibus per modum eleëmo-
„syne relinquent & relinquunt. In cujus recog-
„nitionem Guardianus loci, aut alii Fratres ab
„eo missi, Dominis de Capitulo semel omni
„anno se presentabunt petituri etiam, ut,
„si quid ex talibus legatis, relictis seu dona-
„tis, de quartâ videlicèt parte, Dominis de
„Capitulo debeatur, de sua benigna liberali-
„tate pro Fratrum necessitatibus condonare ve-
„lint.

Obligatio pro defiicne illorum. „Et pro beneficiis hujusmodi eis exhibitis
„erunt ipsi Fratres in bona fide & caritate obli-
„gati in suis sermonibus & precipuè triplicibus
„festivitatibus, ac in confessionibus audiendis,
„inducere populum, ut jura Parochialia per-
„solvant & Ecclesiasticos in sua libertate con-
„servent & uti permittant; Dominosque de
„Capitulo populo fideliter commendabunt,
„utque populus ecclesie & fabrice beate Ma-
„rie in edificiis & ornamentis subveniat. Ora-
„bunt machine pretereà singulis annis dicti Fratres pro
„Dominis de Capitulo, ultrà Anniverlarium
„in pactis sequentibus expressum, pro defunc-
„tis Dominis, in aliqualem recognitionem pacto-
„rum sic remissorum.

Circà condenda testamenta „UNDECIMO. Quod Fratres vocati ad infir-
„mos causâ condendi testamenti aut de ultima vo-
„luntate eorum providendi, avisabunt & in-
„terrogabunt eosdem infirmos, annè velint ha-
„bere presentiam Curati sui.

Circà oblata in Ecclesia. „DUODECIMO. Fratres non debent in Ecclesia
„sua oblationes sive in Missis aut altaribus,
„trun-

„ truncis, cippis vel quibusvis aliis receptacu- Anno
„ lis (hiis que ad victum & amictum pertinent 1503.
„ exceptis) quomodolibet recipere. Quod si
„ secùs actum fuerit, illas Dominis de Capi-
„ tulo aut Receptori oblationum eorundem,
„ pro tempore per eos deputato, dare & res-
„ tituere, seu dari & restitui facere tenebun-
„ tur.

„ TERTIO-DECIMO. Quod in cessationibus à De tempore Interdicti.
„ divinis & Interdictis custodiendis & observan-
„ dis conformare se debent Fratres Ecclesie ma-
„ trici, juxtà formam illius Constitutionis *Ex*
„ *frequentibus* de sententia excommunicationis in
„ Clementinâ ad unguem & sub penis ibi con-
„ tentis.

„ QUARTO-DECIMO. Quod circà Missas cele- Circà celebrationem missarum.
„ brandas & legendas in ecclesia Fratrum, ipsi
„ tenebunt ordinem, ut nullam legi aut can-
„ tari permittant, nisi prima Missa inchoata
„ fuerit in matrice Ecclesia; salvo quod itine-
„ rantes possunt januis clausis, non pulsatis cam-
„ panis, & laycis exclusis celebrare. Et si in
„ domibus privatis requisiti ipsi Fratres celebra-
„ verint, Sacramentum Eucharistie nullatenùs
„ ministrare cuiquam presumant, nisi licen-
„ tiâ Curati seu Dominorum de Capitulo peti-
„ tâ & obtentâ.

„ QUINTO-DECIMO. Fratres Processiones so- Circà Processionem.
„ lemnes non faciant in locis eorum aut extrà, sed
„ dumtaxàt illis erunt contenti, quas soliti fue-
„ runt facere secundùm usum & consuetudinem
„ Ordinis proprii; nisi ad aliquam processio-
„ nem fuerint vocati per Dominos de Ca-
„ pitulo, & aliàs etiam illis non inter-
„ sint.

„ SEXTO-DECIMO. Si fratres contigerit limites Circà Decimas.
„ sui monasterii ampliare, de illis sic per
„ ampliationem acquisitis, preter ortos & po-

P 2 „ meria

Anno 1503.

„ mteria ad eorum usum pertinentibus ; Do„ minis de Capitulo decimas persolvent.

Circà mercantias.

„ DECIMO-SEPTIMO. Quod fratres infrà ter„ minos sui monasterii nullas mercaturas exerce„ ri seu res venales poni ibidem aliquatenùs „ permittant : quod si secùs egerint omnia emo„ lumenta exinde provenientia ex tunc integra„ liter absque contradictione cedant fabrice matri„ cis Ecclesie antedicte.

Canonici habendi benefactores Fratrum.

„ DECIMO-OCTAVO. Item ut mutua caritas „ perpetuò inter Dominos & Fratres predictos „ servetur, concordatum est, quod predicti „ fratres Dominos DECANUM pro tempore, „ CANONICOS & alios beneficiatos & officiarios „ ejusdem Ecclesie inter benefactores dictorum „ fratrum & eorum domûs precipuè nomina„ bunt, & in eorum libro, ubi benefactores „ eorum scripti sunt, inscribent.

Fratres obligati ad Anniversarium.

„ Quodque singulis annis feriâ secundâ post „ dominicam septuagesime pro Decano & Ca„ nonicis, beneficiatis & officiariis dicte Eccle„ sie defunctis Anniversarium cum vigiliis & „ Missâ cum nota juxtà ipsorum fratrum modum „ solemniter celebrabunt, orando pro ipsis „ precipuè & aliis benefactoribus eorun„ dem.

Mutua Caritas.

„ Curent tamen prefati Domini de Capitulo „ predictos fratres affectu benevolo commenda„ tos habere, nec sint eis difficiles aut asperi, „ sed potiùs, juxtà tenorem dicte clementine „ *Dudum*, fautores, benigni & piâ munifi„ centiâ liberales. Et è contrà ipsi fratres pari „ affectu Canonicos & matricem Ecclesiam pro„ sequantur & observent, nec in fraudem pac„ torum aliquid adinveniant seu adinvenire labo„ rent.

Obligatio annuè hæc prælegendi Fratribus.

„ DECIMO-NONO. Quod Guardianus seu ejus „ aut alius Vicarius pro tempore existens,

„ ac

„ ac conventûs dicti Oppidi Antwerpiensis, aut „ alter pro eo, habebit & tenebitur singulis „ annis circà principium Quadragesime in dicto „ conventu Antwerpiensi suis fratribus capitula „ & pacta prescripta legere, nec non capitula „ Clementine & jura preallegata, ac penas in „ illis contentas declarare: ita quidem fratres „ nullam desuper ignorantiam allegare pote- „ runt.

Anno 1503.

„ VICESIMO & ultimò. Quod si quis ex fra- „ tribus dicti Oppidi legitimè monitus scienter „ capitulis & pactis prescriptis in aliquo con- „ travenerit, ille sic contraveniens ultrà penas „ in jure expressas, ab actibus confessionis & „ predicationis suspendi debet, aliis etiam pe- „ nis condignis ad requisitionem Dominorum „ DECANI seu VICE-DECANI & CAPITULI, „ taliter, quod de penis ipsis contentabuntur, „ per Guardianum pro tempore existentem seu „ conventum, aut alium Ordinarium suum „ debitè castigandus. Et si etiam curatus pro „ tempore existens dicte Ecclesie beate Marie in „ hiis contravenerit, ille similiter per ipsos „ Dominos Decanum seu Vice-decanum & Ca- „ pitulum taliter corrigetur, quod de ejus „ correctione Guardianus & conventus meritò „ contentabuntur.

poenæ in contravenientes.

„ Que quidem prescripta pacta, conventio- „ nes & concordias dicti Domini ... Canonici „ deputati pro se ac Decano & Capitulo, nec- „ non ... Guardiani pro se ac fratribus & con- „ ventu predictis, propterea ... anno ... 1503 ... „ die 22. aprilis ... in Notarii publici infrascrip- „ ti & ... testium ... presentiâ congregati, par- „ tes hinc inde, legitimâ vicissim stipulatione „ interveniente, tenere & observare, teneri- „ que & observari facere, fide mediâ, pro- „ miserunt & solemniter convenerunt; & renun-

Puncta hæc ratificantur utrimque.

 „ tia-

Anno 1503. „ tiâtunt hinc inde omnibus & ſingulis juribus „ & prilegiis Eccleſie & conventui prefatis in „ genere vel in ſpecie quomodolibet per Sedem „ apoſtolicam aut aliàs conceſſis & concedendis, „ omnibuſque paliis & ſingulis exceptionibus & „ defenſionibus juris & facti . . . & preſertim ju- „ ri dicenti, generalem renuntiationem non „ valere niſi preceſſerit ſpecialis.

„ Eiſdem vero anno . . . die 24. aprilis in lo- „ co conventuali dicti monaſterii . . . coram . . . „ Canonicis dicte Eccleſie B. Marie, ad id . . . „ deputatis, nec non dictis . . . Guardianis com- „ miſſariis, in Notarii infraſcripti & . . . teſti- „ um . . . preſentià prefatus Frater *Ambroſius* „ *Lent* Guardianus & Religioſi . . . profeſſi do- „ mûs . . . ad ſonum campane . . convocati & „ congregati. Et poſteà anno . . predicto die „ 26. . . aprilis . . . in loco Capitulari . . . B. M. „ in Religioſorum . . . ad hoc . . . deputatorum „ nec non Notarij infraſcripti ac . . . teſtium . . . „ preſentià . . . Canonici . . . B. M. capitulari- „ ter . . . congregati . . . lectis . . . Pactis, con- „ ventionibus & concordiis preſcriptis . . . Nos „ Guardianus . . . , ut prefertur; Nos . . . Ca- „ pitulum . . . pro nobis & abſentibus & ſuc- „ ceſſoribus . . . predictis . . . unanimiter & ne- „ mine diſcrepante . . . concordias preſcriptas „ acceptavimus, ratificavimus, approbavimus, „ & emologavimus; ratificamuſque, accepta- „ mus, approbamus & emologamus; promi- „ ſimuſque & promittimus . . . , quod nos . . . „ concordias preſcriptas . . . obſervabimus & in „ illorum prejudicium nihil attentabimus, ne- „ que etiam privilegia, gratias, ſeu Litteras „ gratiarum vel juſticiam concernentes contrà „ illa impetrabimus; neque etiam impetratis vel „ conceſſis, aut impetrandis vel concedendis in ge- „ nere vel in ſpecie, etiam à Sede apoſtolica, etiam

„ motu

„ motu proprio, utemur; neque aliàs contrà Anno 1503.
„ premissa faciemus seu fieri permittemus per
„ nos vel alium seu alios, publicè vel occul-
„ tè, directè vel indirectè, quovis quesito
„ colore. Renuntiavimus & renuntiamus in pre-
„ missis omnibus & singulis Apostolicis & aliis
„ Litteris, nec non privilegiis, gratiis & in-
„ dultis in genere vel in specie concessis vel
„ concedendis, statutisque quoque & consuetu-
„ dinibus quâcumque etiam apostolicâ auctorita-
„ te confirmatis, nec non juribus & legibus
„ editis & edendis, ac exceptioni doli mali,
„ vis, metûs, fraudis in factum, actioni,
„ conditioni indebiti ob causam sive causâ....
„ omnibusque & singulis aliis exceptioni-
„ bus....

„ Et ego Ghyselbertus Ludovici dicti Hol-
„ lander... Notarius...".

1504. *Nicol. Boot benefacit Gerontocomio S. Barbaræ & aliis.*

Vidimus suprà ad annum 1489., tunc fundatum fuisse Gerontocomium S. Barbaræ pro octo mulierculis, & è quatuor Fundatoribus superviventi relictam fuisse omnem domûs directionem & designationem Provisorum, qui post obitum ejus domui superintenderent. Ultimò supervixit NICOLAUS BOOD. Vir hic totus in pietatis operibus, & precipuè affectus huic domui, quam partim fundaverat, eam hæredem suum instituit pro medietate, volens, ut in ea ædificaretur capella & fundaretur Missa hebdomadaria: unde & præcipuus domûs illius Fundator reputatur. Alteram hæreditatis suæ medietatem etiam ad pias causas assignavit; medietatem fabricæ Ecclesiæ matricis, quartam confraternitati Ven. Sacramenti, & quartam confraternitati Laudum B. M. in eadem Ecclesia, ut constat ex ejus Testamento confecto anno 1504., cujus copia authentica habetur in

Anno 1504.

Registro domûs asservato apud Alexianos, ex quâ huc facientia subjungo.

Extractum ex ejus Testamento.

ITEM is noch voort des voers. Claes *vuytersten wille ende begheerte, dat alle sijn andere goede haestike ende erflike, ruerende ende onruerende... overschietende sullen gepaert ende gedeylt sullen wordden in twee gelycke deylen. Ende daer aff gheeft hy ende maect d'een helft van den eenen deele der zelver twee deelen der* Kerken van onser liever Vrouwen *t'Antwerpen.*

ITEM een vierendeel van den zelven eenen deele der Gulden *van den* heyligen Sacramente *in der zelver Kerken.*

Ende t'vierendeel van den selven eenen deele der Gulden van onser liever Vrouwen Love *in onser Vrouwen Kercke voers. Des sullen die* Meesters *ende Regeerders van der Capellen van onser liever Vrouwen Love... gehouden zyn ten eeuwigen daghen in allen Loven van onser Vrouwen te houden bernen een wassen Keersse, gelyk* Claes *ende de voorhouders van zyn vrouw* Marie van Lille *voortyts gedaen hadden.*

ITEM Claes *Testateur voers. gheeft dat ander deel van den surplusse voers. den* Godshuyse van sinte Barbelen *in de lange Nyeuwstrate gestaen, daer achte oude Vrouwen in woonen, daer mede gemaect zyn twee cleyne Woonhuysen oft Cameren achter in den Hoff, daer twee oude Vrouwen in woonen. Ende in de Stede wilt hy geordineert ende gemaect hebben van twee Huysen vore aen de strate staende een* Capelle. *In welker Capelle* Claes *voergn. begheert, dat by sijnen Testamenteurs, hier na genoemt, gefundeert sal worden een eeuwige Misse ter weke des vrydaechs van den heyligen Cruyce, aldaer gecellebreert ende gelesen te wordene by eenigen goeden devoten Priestere eeuwelic*

lic duerende , op een Autaer , die men in der selver Capellen maken sal. Ende daer sullen sijn Testamenteurs metten selven surplusse voergn. crigen Ornamenten , als Casufele , Alve , Amicte , Dweilen , Apullen , Boeck ende Kelcke , ende andere gereetschappe daer toe dienende , alsoe verre als't Claes *voers. by sijnen levenden live nyet en doet. Ende dien sal men anderhouden metten surplusse voergn.* Anno 1504.

In hoc testamento varia alia reperiuntur pia legata , inter quæ hæc attentionem merentur.

ITEM gheeft den Aelmoessen-huyse *achter onser liever Vrouwen Kerke tot tymmeringen 2. pont gr. brab.* Domus hæc videtur esse Gerontocomium B. M. viâ de Kerk-hof-straet. Alia pia legata.

ITEM hy gheeft sinte Juliaens Gast-huyse *by sinte* Joris Poorte *totter reparatien van Ornamenten by sijnen Testateurs beleyt te wordene 2. pont gr. br. eens.*

Hospitale hoc fundatum erat ad hospitio recipiendas peregrinas feminas : sicut hospitale S. Juliani ad portam S. Joannis ad hospitio recipiendos adventantes viros. Situm erat ubi nunc partim domus *het Maegden-huys* ; inde ad hanc dilatandam translatum anno 1564. ad angulum è regione prout inscriptio , quæ olim suprà portam legebatur , indicat , quam infrà ad istum annum dabo. Hospitale S. Juliani pro peregrinis feminis.

Hic NICOLAUS BOOD post conditum testamentum , præcipuè in favorem GERONTOCOMII S. BARBARÆ, ut domus hæc post obitum suum debitè regeretur , constituit Receptorem redituum & Provisores , qui eam curarent & loca pro tempore vacantia complerent , nempe Priorem & Procuratorem Bogardorum & Patrem Alexianorum. Et cum illis confecit & conscripsit statuta domus , quæ deinceps observari deberent 1505. Provisores & statuta Gerontocomii S. Barbaræ.

Anno 1505. deberent. Super his autem confectus est actus Notarialis, ex cujus copia authentica eum hìc subjungo.

Actus Notarialis desuper.

Ex Registro domûs apud Alexianos.

IN DEN NAME ons Heeren amen. By desen tegenwoerdigen openbaren instrumente soe is eenen yegelick kenlic ende openbaer, dat in den jare ons Heeren, als men screeff duysent vyff hondert ende vive ... op ten vierden dach van Julio ... in presentien van my openbaren Notaris ende getuyghen hier na bescreven, daer toe geroepen ende gebeden, compareerde in propren persoonen Broeder Reynier Abraens *Priester ende* Pater, *Broeder* Huybrecht *als Procurator des Godshuys van der derder Regulen sinte Francisci alias* ten Bogaerden *t'Antwerpen gestaen, ende Brueder* Henrick Thys *van Turnout, nu* Pater *wesende van den Godshuyse* ten Cellebruers *oock tot Antwerpen gestaen, voer hen ende huer nacomelingen* Paters *ende* Prioirs *by tyde wesende, ende hebben daer openbaerlic bekendt, dat sy ter sollicitatien ende beden, ende oock om Gods wille, van* Claesen Bood *aengenomen hebben, overste ende sollicitcerders te wesen ende te sijne van achte Cameren metten Erve ende toebehoorten, gestaen in't eynde van der lange Nyeuv-straten, tusschen't Huys van der Haghe Tymmermans Huys ende Erve aen d'een zyde, ende Claes Schildemans Cameren aen d'ander zyde; welke Cameren* Claes Bood *met* Marie van Lille *zynder Huysvrouwen,* Katlyne van Lille *alias* Vechters, *ende* Margriete van Lille *weduwe wylen Philips de Clerck,* samen *gegeven ende gelaeten hebben om* achte Vrouwen *daer om Gods wille eeuwelic duerende in te woonen, om te bidden voer de zielen van hen ende van den ghenen die hen deucht doen sullen, na vuytwysen van eene instrumente in den jare duysent vier hondert LXXXVIII.*

op

op ten sevensten dach van februario daer af gemaect zynde, dat wel verclaerende. Anno .1505.

Quam daer oock met hem Her Jan van Gheirle *Priester ende Vicaris in der Kercken van sint Jacobs t'Antwerpen, ende gaf daer ooc te kennen, hoe dat hy ter beden ende begheerten van* Claesen Bood *&c. als Rentmeestere ende ontfangere der Renten, die de achte Vrouwen in de Cameren voers. nu hebben, ende in toecomenden tyden noch hebben ende crygen moeghen, den last van den renten te ontfangen, ende hen die ghelyck te disponeren, ende hen oock behulpich te zyne, als sy dies te doene hebben, om Gods wille aengenomen heeft.*

Ende hebben nu de selve Paters, Minister *ende* Rent-meester *met..* Claese Bood *voers. daer present wesende t'samen eendrachtelick gemaect, geordineert ende gesloten tot eeuwigen daghen toe onderhouden te worden by de acht Vrouwen voers. (tot ter tyt toe, dat sy andere oft bredere statuyten behoeven) alle alsulcke puncten, ordinantien, statuyten ende regulen, als hier na volghen ende gescreven staen.* Statuta Domûs.

Te wetene *dat in den iersten* de Zusteren, *die in den* Gods-huyse *voers. ontfangen sullen worden, alle't goedt, haeflick ende erflick hen toebehoorende ende dat hen oock toekomen mach, brengen sullen in't Gods-huys voers., als sy ontfangen sijn. Ende alle't ghene, dat hen boven haer costen van sepulture overschiet, sal blieven den Gods-huyse voergen. tot der reparatien behoef.* Assumendæ debent conferre omnia sua bona.

Item *sy en sullen gheen Testamenten moeghen maecken, noch ter bruylofte gaen, noch oock kynder heffen.* Non condent testamentum. Non ibunt ad nuptias, non levabunt infantes de fonte.

Item *desgelycx sullen de voers.* Zusteren, *oft geboeurde, dat jemandt van hen wederomme*

vuy-

Anno 1505. *vuyten voers.* Zuster-huyse *gaen wilde oft vuytginge, die dat goedt-doen ende de profyten des* Zuster-huys *gebruyct hadden den tydt dat sy daer geweest sal hebben; oft haer ooek rebel maecken met kyuen ende onredelicheyden oft andersints, daer de andere* Zusteren *alle gemoyt ende gequelt souden zyn, ende nyet onderdanigh en ware oft zyn en wouden haeren* Provisoren *of* Meesterse *by tydē wesende, ende tegen die statuyten, die gemaect zyn oft gemaect moeghen wordden, doende; oft die ooc geen penitentie voer heur misdaet doen en wouden; oft andere vuytwegen sochten overmits goets wille, dat hen versterven ofte gegeven mochte wordden oft andersints; dat alsoe dicke ende menich werve, als dat gebeuren sal, de zelve Zuster oft Zusteren in dyer manieren vuyten selven Gods-huysen ghingh ende vuytbleven, metter woone verbeuren sal, ende sullen haer plaetse van de Godshuyse ende laeten heur goet half den Gods-huysen, dat men bevynden sal haer trebehoorende; welcke helft van den goede voers. hebben sullen de andere Zusteren in't Godshuys, half te pitantien, ende de andere helft sal hebben 't Gods-huys totter reparatien behoef sonder verdrach.*

Si quæ domum relinquat dimidium allatorum comportabit.

Item. *Van nu voortane en sal gheen Zuster in den Gods-huyse ontfange wordden, om die aelmoessen ende profiten te gebruycken, sy en hebben een proeve van eenen vierendeele jaers, omme te vernemene oft haer 't geselschap ende maniere van den Zusteren aenstaet, ende oft sy oock den selven Zusteren bequaeme sijn sal.*

Recipiendæ per tres menses probandæ

Ende waer't dat dese Zuster oft Zusteren, aldus aenghenomen sijnde, haer proeve gedaen hebbende oft binnen den tyde van haerder proeven vuytgingen oft vuytginge ende nyet blieven

en

en wilden , dat dan die selve zuster alsoe Anno
vuytgaende ende vuytblievende den voerg. Zuster- 1505.
huyse *van elcker weken , dat sy daer inne gewoont sal hebben , geven sal ende betaelen sesse grooten Brabants , half te pitantien behoef ende half totter reparatien van den Gods-huysen voergn..*

Nulla exibit sine venia.

Item. *Voordane en sal gheen van den zusteren aengenomen zynde vuytgaen , noch moegen zieke liede verwaeren oft oock dienen , ten sy by consente van der* Mater *oft heuren* Oeversten ; *ende binnen den tyde , dat sy vuyt sijn sullen , en sal die zuster gheen goedt-doen hebben van den Suster-huyse voers. : ende als die zuster wederomme compt sal sy wederomme hebben die profijten.*

Etiam ad balneum.

Item. *Oft gebeurde , dat jemandt van den Zusteren van desen Gods-huyse hen reynighen wonde ende wasschen , die sal dat moeghen doen ende gaen t' Antwerpen in de Stove als soe dicke ende menich werven , als sy wilt ende haer dat gelieven sal , altyt by oirlove der Meestersen oft haeren Oversten , ende anders nyet.*

Ad quos spectet collatio locorum.

Item. *Wanneer eenige van den Vrouwen sterft , soe sal* Claes *voers. alsoe langhe , als hy leeft , dan een ander in haer stede moeghen stellen ende setten , die hem gelieven sal. Ende na de doot van* Claesen *sullen de* Pater *ende* Procurator *ten* Bogaerden , *ende de* Pater *van de* Cellebruers *als* Momboers *met Her* Janne van Ghierle *Rentmeestere ende Clerck voers. t' samen den last hebben een andere in de verstorven Camere te setten als dat gebeuren sal , ende anders nieymant.*

Oock soe heeft Claes *voers. begheert ende gewilt , dat men de Cameren ende den Hoff voers. , als sy des behoeven sullen , repareren sal met den penningen , die alle Ja-*

Anno 1505. *ren, na de rekeninge gedaen sijnde, overschieten sullen.*

Oock *sullen die* Oeverste *voers., als't noodi sijn sal, van den Vrouwen voergn., daer bequaemste toe zijnde, moegen* kiesen *ende setten een* Mater *ende* Overste, *die de andere regeren sal, ende dat by core van den anderen Vrouwen.*

Statuenda Superiot.

Qualiter curandæ ægrotæ

Ende *oft daer by tyde yemandt van den Vrouwen ziec werde, alsoe dat zy haer zelven nyet behelpen en conste, soe sullen dan de andere Vrouwen de zieckte Vrouwe helpen bewaren, nu de een ende daer na de andere, ende doen eenen iegelic, gelyck sy sonde willen, dat men haer dede.*

Pœnæ in contravenientes.

Ende *oft hier en boven yemandt van den zusteren hier t'segen deden ende dese punten oft statuyten nyet houden en wouden, die sal gehouden sijn een maendt tijts ingeset te sijne ende vuyten Gods-huyse nyet te gane, ende doen penitentie, ten zij dat die Meesterse of die Oeverste met haer dispenseerden...*

Dit was gedaen t'Antwerpen in't Gods-huys voers. in den Jaere... voergenoemt; in presentien van... getuygen... aldus onderscreven ende geteeckent. Et ego Walterus Gheysen... Notarius...

Domus hæc usque in hodiernum diem subsistit in prospero statu, estque sub cura Prioris Bogardorum & Patris Alexianorum, qui alternis trienniis rem ejus dirigunt & in locum morientium alias substituunt. Obiit autem Nicolaus Boot anno 1507.

Qualiter hodie domus dirigatur.

Immediatè post hæc indubiè constructa est Capella, & in ea erectum est Altare juxtà voluntatem fundatoris. Altare autem post seculum renovatum est: tabula enim in dicta Capella testatur, *Franciscum de Rivera* Episcopum

Erectio Capellæ & consecratio Altaris.

Episcopum Legiliensem in Hibernia Ordinis S. Francisci ipsum Altare consecrâsse in honorem Dei Omnipotentis sanctique Jacobi majoris Apostoli, sanctarumque Barbaræ & Apoloniæ Virginum & Martyrum die 11. septembris anno 1603. Anno 1505.

Præter hoc plura hoc anno Gerontocomia fundata referuntur. In primis *Gerontocomium Gratiæ* fundatum per ANTONIUM DE LA RUELLE mercatorem pro duodecim viris senio confectis, qui adversante fortunâ ad paupertatem devenerunt, & Presbytero, qui indies in Capellâ divina perageret; Constat ex ejus testamento hoc anno confecto, cujus Copia authentica refertur in Registris Eleëmosynariorum, ex quâ hanc fundationem concernentia subjungo. Fundatur Gerontocomium Gratiæ.

ITEM die voors. Testateur *wilt noch ende begeert seer uyterlijck metter herten, ende ter laessenisse van sijnre ende sijne Ouders ende Vrienden sielen, dat terstont na sijn overlyden sijne naergn. Executeurs coopen selen eene erve binnen der Stadt van Antwerpen, daer hen dat beste duncken sal, ende op de selve erve doen maken een* Capelle, *ende de selve Capelle doen fonderen ende weyden in den naem ende ter eeren van* onse lieve Vrouwe van Gratie, *ende de selve Capelle voorts doteren ende versien van eene* dagelyckſche Misse *ende andere diensten nabescreven. Ende eenen* Priester *daer stellen ende onderhouden, die de voors. dagelyckſche Misse ende andere diensten doen sal.* Extractum ex Testamento Fundatoris. *Ex Archivis Eleëmosynariorum.* Capella.

Ende voorts meer aldaer by de voors. Capelle doen maken derthien Huyskens, *Wooningen oft Cameren, in d'eene van de welke voors. Huyskens, wooningen ofte cameren woonen sal den voors. Priester, die de voors. dagelyckſche Misse* Domus & incolæ.

Anno 1505. *Misse ende andere diensten als voore doen sal ; ende in d'andere twelf Cameren soo selen gestelt ende onderhouden woorden* twelve oude Mannen , *welke oude Mannen altijt wesen selen eerbaere verarmde Poorters ende ingesetenen der Stadt van Antwerpen , die by quade fortune ende ongevalle tot armoede gecomen sijn en die heur broedt niet gewinnen en konnen.*

Directores. *Welken voors. Priester ende twelf oude Mannen gelijck voorschreven is , die voors. sijn Executeurs voor d'eerste reyse presenteren ende in de voors. wooninge naer heuren conscientie ordineren en stellen selen ; ende daer naer soo selen altijt die* Aelmoessenier*s van den armen Huys-armen deser Stadt van Antwerpen by tijde wesende , het regiment , ordinantie ende bewindt daer af hebben in der manieren , soo hier naer beschreven staet.*

Dos pro constructione domûs *Tot te coopen van welke voors. Erve , makinge ende wydinge van de voors. Capelle ende derthin wooningen voors. , die voors. Testateur geeft ende beset* vyf hondert ponden grooten Vlaems *eens.*

Obligatio & dos Capellani Item. *Die selve Testateur geeft ende beset tot den fondatie ende dotatie van de voors. dagelijksche Misse ; die den voorg. Priester dagelijcks gehouden sal sijn in de voors. Capelle te doen , s'morgens ten acht uren , ende hem daer toe van eenen dienaer te versien , die hem ter voors. Misse ende ure de Misse dienen sal , ende naer elcke voors. Misse te lesen dry Psalmi* de Profundis *met eenre collecte daer toe dienende voor ende tot lafenisse van des voors.* Anthonis *des Testateurs ende sijne Ouders ende Vrienden siele ; ende oock alle andere in de selve Capelle met de Gebuer-kinderen oft andere , die hy leeren ende instrueren sal , te doen*

onse

Onse lieve Vrouwe Lof, *de somme van* hondert vyftig ponde vlaems *eens*, *sijne executeurs nabescreven selen sijn gehouden te beleggen aen goede erf-renten*, *ten onderhoudinge van den Priester*, *Missen ende diensten voorschreven.* Anno 1505.

Item. *Geeft voorts ende maekt den selven Testateur tot onderhoudinge van de voors. twelf oude Mannen*, *ten reparatie ende onderhoudinge van de voors. Capelle ende dertien Cameren*; *Huyskens oft Wooningen*, *ende tot den waslichte*, *wyn ende broode*, *die men in de voors. Capelle behoeven sal*, *de somme van* elf hondert ponden groote Vlaems *eens*, *welke voors. somme van MC. pond. gr. de voors. zyn executeurs ook gehouden selen sijn terstont te bekeeren ende te beleggene aen goede vaste Erf-renten.* Dos pro sustentatione virorum & intertentione domus.

Item. *Die voors. penningen van elf hondert ponden alsoo aen erf-renten beleet ende bekeert sijnde*, *soo wilt ende begeert seer uyterlijk metter herte de voors. Testateur*, *dat de Aelmoesseniers voors. de selve Erf-renten naer hen nemen*, *aenveerden ende administratie daer af hebben selen*, *ende daer af uytrijcken ende geven*, *te wetene elck van de voors. twelf oude Mannen alle dagen* vier groote Brabants, *ende die alle weken in t'eynde van de weke* betaelen. Item *noch elck van de selve alle jaeren* een alf last torve *ende noch meer elcke* eenen grauwen tabbaert *van de weerde ende pryse van XX. schellinge Brab. elcken tabbaert.* Item, *dat sy die voors. Capelle versien selen van wasch-licht*, *wyn ende broot*, *die men aldaer behoeven sal*; *ende de selve Capelle ende Wooningen oft Cameren onderhouden van wandt ende van daken*; *ende andere nootelijcke reparatien.* Distributio proventuum.

Ende *het gene dat van de voors. erf-renten boven t'gene*, *dat voorschreven is*, *overen sal*, *dat sy dat geven ende distribueren selen den armen* Superflua erpendenda pauperibus.

Anno 1505. *Huys-armen der Stadt van Antwerpen voorscre-ven.*

Item. *voorts meer soo wilt ende begeert den selven Testateur als vore, dat de voors. Aelmoessenier daer toe sien selen, dat de voors. dagelijksche Misse ter gestater uere als boven ende andere diensten in der manieren voors. alsoo gedaen worden....*

Statuta. Quo præcisè tempore obierit ANTONIUS DE LA RUELLE fundator, non liquet. Interim anno 1508. post obitum ejus conscripta fuisse Statuta pro hac domo, constat.

Gerontocomium Verbiest. Hoc anno etiam fundatum refertur Gerontocomium situm ad *Facons-ruye* pro sedecim mulierculis cum ancilla & Capella, in qua divina peraguntur. Fundavit illud JOANNES VERBIEST mercator & Scabinus. Directio hujus domûs est penes Eleëmosynarios: & Auctor *Chor. Abb. S. Salvatoris* apud Sanderum *Cap.* 7. *in fine* dicit, provisorem hujus domûs ex institutione esse Prælatum S. Salvatoris, coram quo debeat fieri computus.

In Ecclesia S. Walburgis habetur subjunctum hujus Fundatoris Epitaphium in lapide sepulchrali.

Stil Leser staet. Hier onder ist,
Dat wort geleyt Jan van der Biest,
Die liet voor sestien arme Vrouwen
Op Facons-ruije een Gast-huys *bauwen.*
Men telde duysent vyf-hondert vyf
Achthien november, als sijn lyf
Verganckelijck quam in stof te vernachten,
En s'Vlees verrysenisse te verwachten.
Godt verleent hem vreed',
Bidt voor de ziel,
Doet dat hy deed'.
Renovatum anno 1635.

Do-

Domum etiam hoc anno fundasse fertur MARIA FEYS sub titulo *septem Dolorum B. M.*, in cujus honorem erecta est Capella, pro totidem feminis præ senectute egentibus. Sita est domus hæc inter Minoritas & Sorores Dominicanas; estque sub directione Episcopi & Canonicorum à quibus committitur, qui curam ejus gerat & loca vacantia repleat. Anno 1505. Gerontocomium septem dolorum.

Cum autem fundatrix obiisset; directores per eam in testamento nominati conceperunt quædam statuta; pro stabilitate dictæ domûs congrua; quæ in scriptis redacta anno 1508. Senatui obtulerunt; ab eo approbanda & decernenda: obtinuerunt autem dictam approbationem per Apostillam datam 24. martii ejusdem anni. Libellum istum & Apostillam communicavit R. D. *Joan. Bapt. Verspilt* Canonicus B. M. modernus dictæ domûs commissarius; prout hic subjungo. Statuta ejusdem.

DEN EERWEERDIGEN; *wijsen ende voersienigen Heeren* Burgemeesteren, Scepenen *ende* Raide *van der Stadt van Antwerpen thoonen ende gheven ootmoedelick te kennen* Claes Gielis, Peeter Shoys *ende* Steven Aertssoen *uwer Heeren goetwillige dienaeren*, *hoe dat ter eeren Goids ende den* seven Ween *der gelorieuser maget Marien zijnder gebenedider moeder by wylen* Marien Feys *onlanx geleden een nyeuw* Gods-huys *gefundeert is by den Mynnebruederen alhier van* seven armen ouden Vrouwen, *daer sy suppliamten by Testamente van der selver Marien geordineert zyn ghewees*t. Exhibentur Senatui.

Ende want, Eerweerdige Heeren, *de voers. suppliamten bedachtende zyn, dat by der ongeregelleertheyt van de Vrouwen van den selven Goidshuyse die'er alnoch inne sijn, t'selve Goidshuys, d'welc alnoch onvolmaect is, in toecomenden tijden gescapen sonde sijn te comene ter geheel-*

 der

Anno 1505. *der destrucsien ende ruijenen ; ende dat meer is , d'eere ende den dienst Gods ende sijnder gebenedider Moeder daer by geminct ende gemindert soude worden ; en werde daer inne by uwen Eerweerdicheden niet versien.*

Bidden ende begeeren daeromme zeer oetmoedelic de voirs. suppliantem dat den voers. uwen Eerweerdicheden niet alleene ter eeren Goids ende sijnder gebenedider Moeder , maer oic ter eeren deser Stat ende ten vordeele van den armen ouden Portersen der selver , die by tyden in den selven Godshuyse souden moegen worden ontfaen , believen wille , doende uwe gewoenlike duecht , den voers. Goidshuyse te verleenene ende te gunnene met behoerlijcke Brieve zekere Oirdinancien *ende* Statuten *by den voers. suppliantem , nae heurer bester wetentheyt ende navolgende der voers. Fondateuressen begeerte , geraemt ende gesloten , gelijc ende alsoe hier nae volght. Behoudelijc altyt uwer Heeren correctie ende verbeteren.*

Item *als't gebeuren sal by den wille Gods , dat enich van desen Meesters aflivich wort , dat dan de twee levende eenen anderen Meester kiesen sullen.*

Item. *Ierst soe en mach nijemant in't voirs. Godshuys ontfaen worden dan oude eerbaere deuchdelijcke Vrouwen , poerterssen deser Stad , vry zynde van allen provenen van den heyligen Geest , ende oick ongelast van sculden.*

Item *zal elke Vrouwe na heur doot in't voers. Godshuys moeten laten alle huer goet , hoedanich dattet is , sonder enige testamenten oft legaten iemande te moegen maken oft te latene.*

Item *oft gebeurde , dat eenige Vrouwen in dit Godshuys ontfangen zynde , ende naderhant op heur quame leelike ende oneerlike fame , die sullen*

sullen de Meesters van den selven Godthuyse altydt met goeder manieren vuyt desen Godshuyse moegen stellen. Anno 1505.

Item *dese Vrouwen aldus ontfangen zynde en sullen geene andere vrouwen by hen in heure cameren moegen huysen, hoven oft logeren. En sullen oick geen vervolg van mansperſonen mogen hebben.*

Item *dat nyemant buyten den Godshuyse en sal mogen slapen, ten sij dat zy't der meesterssen sal moeten seggen, waer dat sy zy.*

Item *en sullen oic dese Vrouwen niet moegen maken eenige sculden ten laste van den selven Godshuyse, voerdere dan tot zesse groote brabants eens; ende oft gebuerde, dat zy meer schulden maeckten ende na huer doot achter lieten, daer af zal dit Godshuys en Regeerders ongehouden sijn yet te betalene.*

Item *waer't sake, dat yemant der Meesterssen ongehoorsaem, oft onvredsam maeckte den gemeynen geselscaep met scelden oft met dorperen woorden, die sonde haer stede verbeuren.*

Item *dese Vrouwen sullen gehouden sijn alle dage, elc van hen in huere misse hoorende, voor de Zielen van den fondateuressen, augmenteurs ende weldoenders des selfs Godshuys, moeten bidden. Ende noch so selen zy lesen alle dage voer heuren Autaer eene Roosen-hoet van onser liever Vrouwen, voer die welvaert deser Stadt ende voer alle geloovige zielen, Ende des avonts te Loofiyde selen sy verbonden sijn te lesene een geles van seven Pater-nostren ende seven Ave-Marien ter eeren den gebenediden VII. Weën onser liever Vrouwen.*

Item *waer't 't sake dat daer yemant ware van den voers. Vrouwen, die d'een den anderen yet name, die sonde sijn plaetsse verliesen en daer uyt moeten.*

Anno 1505. Item *oft eenige Vrouwe in dit Godshuys ontfangen sijnde namaels daer wt gaen wilde, die zal half haer goet, hoedanich dattet sy, in dit Godshuys moeten laten.*

Item *oft eenige van desen Vrouwen dese ordinancie brake oft daer tegens dede, die souden de Meesters by goeder manieren moegen corrigeren oft vuytsetten na gelegentheyt van der saken.*

Item *dat elke Vrouwe, die in dit Godshuys ontfaen sal worden, sal moeten geven tot hueren willecome den gemeynen anderen Vrouwen drie schellinge groote brabants eens, die alle de Vrouwen t'samen vertheeren sullen.*

Item *dat elck van desen Vrouwen alle dagen Misse zullen moeten hooren, ende voer die ziele bidden, die't Godshuys gefondeert heeft ende voer alle zielen.*

Item *dat elcke Vrouwe sal gehouden sijn t'hueren incomene te sweeren dese ordinancie wel ende looflick te onderhoudene ende daer tegens niet te comene, op te peyne ende correctie als boven.* Inferiùs ponebatur.

Senatus illa approbat & confirmat. *GESIEN de supplicatie by* Burgermeesteren *ende* Scepenen *voirs. is't gene, dat voers. is, by de selver geaccordeert, behoudelic altyd hueer minderen ende meerderen. Gedaen den viventwintichsten dach martii anno duysent vyf-hondert ende achte.* Signatum; *Verlaken.*

Extruitur Capella dicta *Keysers-Capel.* Panni-pari habebant amplum Hospitale, in quo sustentationem & domicilium procurabant invalidis opificii sui. Situm erat viâ *de Keijser-straet.* Nè autem decrepiti longiùs excurrere deberent prò Divinis, hoc anno juxtà dictum Hospitale erexerunt splendidam Capellam, quæ à platea, in qua sita est, dicitur *Keijsers-Capelle.* Dicata est B. Mariæ sub titulo Nativi-

Nativitatis. Ampla est, hodieque in ea indies divina celebrantur abundanter; & præter B. MARIAM peculiariter in ea coluntur *S. Liborius* Episc. & Conf. ac *S. Aija.* Anno 1505.

Notat Papebrochius *Annal. MSS. ad hunc annum* ex Analectis Secretariorum, hoc anno novam Antverpiæ institutam esse BIBLIOTHECAM. Fatetur autem se nescire, ubi fuerit instituta; putatque periisse per Iconoclastas. Est autem hodie & ab immemoriali Bibliotheca publica in domo Senatoria, cujus curam gerunt duo Bibliothecarii, Scabinus ex parte Senatûs, & Canonicus ex parte Capituli. Sicque verosimiliter hæc est, de quâ loquuntur Secretarii. Institutam hoc tempore quidem dicunt; sed potiùs credendum est restitutam tunc fuisse: nam idem Papebrochius ad an. 1478. notat, quod in majori papyraceo Civitatis registro fol. 239. inveniatur, quod Mag. *Wilhelmus Pauwels* Juris-consultus eo anno Bibliothecam suam Civitati testamento legavit. Indubiè ad augendam Bibliothecam publicam tunc existentem. Publica Bibliotheca.

PHILIPPUS PULCHER Archidux Austriæ Dux Burg. Brab. &c Marchio noster duxerat anno 1496. JOANNAM filiam FERDINANDI V. Regis Arragoniæ & ISABELLÆ Reginæ Castillæ & Legionis. Mortua autem matre 26. novembris anno 1504. successerunt hi Principes nostri in regnis & dominiis ejus, proclamatique sunt Reges CASTILLÆ, LEGIONIS &c. Bruxellis 7. januarii 1505. Philippus proclamatur Rex Castillæ &c.

Rex autem PHILIPPUS obiit Burgis in Hispania 25. septembris anno 1506. Conditus est Granatæ. Cor ejus translatum fuit Brugas Flandrorum conditumque in monumento Matris suæ MARIÆ. Conjux JOANNA præ tristitia facta 1506. Moritur.

Anno 1506. fuit mente infirma, supervixitque usque ad annum 1555., quo condita fuit Grenatæ apud maritum.

Pia opera. Princeps hic anno 1497. Clerum sibi subjectum defendit contrà indebitas exactiones officialium Curiæ Romanæ. *Dipl. Belg. Tom. II. P. III. Cap.* 157.

Eodem anno confirmat & renovat omnia Privilegia & exemptiones quondam per Prædecessores suos concessa Decano & Capitulo Sylvæducensi. *Ibid. Tom. III. P. I. Cap.* 225.

Anno 1501. Ecclesiasticos in Comitatu Hannoniæ liberos declarat ab oneribus & vectigalibus. Ibid. *Tom. IV. P. II. Cap.* 136.

Carolus V. Marchio. Patri in Marchionatu & reliquis ejus Dominiis successit CAROLUS AUSTRIACUS, qui deinceps factus est Hispaniarum Rex & Romanorum Imperator; ut infrà dicetur.

CAROLUS itaque successit Patri sub tutela MAXIMILIANI Imperatoris avi sui, qui per interim curam Belgarum commisit MARGARETÆ filiæ. Et CAROLUM puerum sexennem latinis litteris & pietate imbuendum tradidit *Adriano Florentii*, qui deinceps fuit ADRIANUS PP. VI.

1507. Chorus S. Jacobi completus. Vidimus suprà ad annum nonagesimum primum seculi præcedentis jacta fuisse fundamenta turris Parochialis Ecclesiæ S. Jacobi, ipsamque Ecclesiam cœptam reædificari. Turris incompleta mansit usque in hodiernum diem; sed Ecclesia satis brevi completa fuit: anno enim seculi hujus septimo completus fuit summus Chorus, in eoque prima Missa solemniter celebrata fuit 20. septembris; cum pridie ante Vesperas statua S. JACOBI, quæ tempore, quo reædificabatur Ecclesia, reposita fuerat in Capella Hospitalis S. Jacobi, processionaliter cum facibus reducta fuisset. Ita Chronicum Antverpiense

Chronicum Antverpiense vernaculum.

piense (vernaculè, cum præfatione heterodoxa, impressum Lugduni Batavorum anno 1743., quod paulo ante Antverpiæ in domo mortuaria cujusdam Canonici venditum fuerat manuscriptum, sub titulo *Antwerpsch Chronijkje*, sub quo deinceps illud citabo: complectitur autem annos 74., ab anno nempe 1500. usque 1574.) Hæc autem S. Jacobi Ecclesia est inter primaria Civitatis Ornamenta. Anno 1507.

1508.

Magnum Antverpiense Hospitale hoc tempore in penuria erat, tum propter multitudinem pauperum & infirmorum indies multiplicantium, tum propter collabentia ædificia, quæ notabili restauratione indigebant. Ut itaque fideles eo libentiùs eleëmosynas ad tam pium opus conferrent, recurrunt religiosæ ad Pontificem, & exponentes ei statum Hospitalis petunt privilegia & Indulgentias pro contribuentibus ad prædictum finem; obtinueruntque ea à JULIO PP. II. mediantibus *Willelmo de Enckenvoirt* & *Joanne de Beka* domesticis Pontificis, per Bullam, quam ex originali subjungo.

Hospitalariæ exponunt Pontifici penuriam suam.

1509.

„JULIUS Episcopus servus servorum Dei „ad perpetuam rei memoriam. Licèt ex debito summi Pontificatûs officii, Nobis desuper „injuncti, circà pauperum locorum profectus „Nos deceat intentos existere: Hospitalium tamen & ad illa confluentium & in eis degentium ac decedentium pauperum ac aliarum „personarum, ac in illis servientium omnium „commodo & utilitati, tantò Nos potioribus „studiis insistere convenit, quantò ipsorum „pauperum miserabili conditione pensatâ, „etiam ad pauperum & aliarum personarum „predictorum animarum salutem, id in Domino conspicimus salubriter expedire.

à Quo obtinent Privilegia pro subvenientibus.

Ex Archivis Hospitalis.

„Cum itaque, sicut accepimus, HOSPITA-

„ LE

Anno 1509. „ LE BEATE ELIZABETH Antwerpiense Cameracensis Diocesis, ad quod infirmi & alie miserabiles persone in numero copioso confluere „ solent, sintque inibi pro ipsorum pauperum „ servitio dilecta in Christo filia ELIZABETH „ VAN NYN alias SPYKERS dicti Hospitalis Priorissa, & nonnulle alie Moniales seu Sorores „ ac Religiose Ordinis sancti Augustini usque „ ad numerum septem vel octo, eisdem pauperibus infirmis, miserabilibus & peregrinis, „ etiam quacumque infirmitate detentis, & epidemie morbo infectis cum caritate & omni „ diligentiâ inservientes, onera Hospitalitatis „ hujusmodi, propter multitudinem pauperum „ & infirmorum inibi indies multiplicantium, „ supportare nequeat, nisi eleïmosinis & piis „ suffragiis Christi fidelium subveniatur.

„ Nos cupientes, ut dictum Hospitale, ad „ quod dilecti filii magister WILLELMUS DE „ ENCKENVOIRT Canonicus Ecclesie beate „ Marie dicti Opidi Litterarum apostolicarum, „ ac JOANNES DE BEKA Brevium apostolicorum „ scriptores, notarii & familiares, continui „ commensales nostri singularem gerunt devotionis affectum, illiusque edificia tam interiùs quàm „ exteriùs in suis structuris manuteneantur & conserventur, ac pauperes & infirmi in eo commodiùs sustententur, dictique fideles eò libentiùs devotionis causâ ad illud confluant, & „ ad sustentationem pauperum & miserabilium „ personarum ac aliorum onerum supportationem manus promptiùs porrigant adjutrices, „ ac ELISABETH Priorissa & alie Sorores predicte, inibi nunc & pro tempore degentes, „ circà curam pauperum & infirmorum ac miserabilium personarum hujusmodi se exerceant, „ quo ex hoc majori spe spiritualis refectionis „ inibi foveantur;

„ Omni-

„Omnibus & singulis utriusque sexûs perso- Anno
„nis, que eidem Hospitali aliquid de bonis 1509.
„suis, secundùm earum devotionem & faculta-
„tem, de Cetero legaverint seu piè relinquerint
„aut erogaverint, ac *Willelmo*, *Joanni*, ac
„nunc & pro tempore inibi existentibus *Prio-*
„*risse* & *Sororibus* prefatis, ut *Capellanus*
„Hospitalis vel Sororum aut infirmorum hu-
„jusmodi, seu quicumque alius *Confessor* ydo-
„neus presbyter secularis vel cujusvis Ordinis
„regularis, quem ipsi Willelmus, Joannes,
„Priorissa & Sorores ac legantes seu relinquen-
„tes vel erogantes, & quilibet eorum pro
„tempore duxerint eligendum, vitâ eis comi-
„te in *Casibus sedi apostolica reservatis*, pre-
„terquam offense ecclesiastice libertatis, cri-
„minum heresis & rebellionis aut conspirationis
„in personam vel statum romani Pontificis seu
„Sedem apostolicam, falsitatis litterarum
„apostolicarum, supplicationum & commissio-
„num; invasionis, depredationis, occupatio-
„nis aut devastationis terrarum & maris Roma-
„ne Ecclesie mediatè vel immediatè subjecto-
„rum; offense personalis in Episcopum vel
„alium Prelatum; prohibitionis devolutionis
„causarum ad romanam Curiam; delationis
„armorum vel aliorum prohibitorum ad par-
„tes Infidelium; semel dumtaxàt in vita; in
„aliis verò quotiens fuerit opportunnm, con-
„fessione eorum & cujuslibet ipsorum diligen-
„ter auditâ, pro commissis eis & cuilibet eo-
„rum debitam absolutionem impendat & injun-
„gat penitentiam salutarem.

Privilegium eligendi confessorem, qui absolvat à reservatis.

„Nec non vota quecumque, ultramarino,
„liminum Apostolorum Petri Pauli ac S. Jaco-
„bi in Compostella, ac Castitatis & Religionis
„votis dumtaxàt exceptis, in alia pietatis opera
„commutare valeat.

Et vota commutet.

„Quod-

Anno 1509.

Et Indulgentiam plenariam concedat semel in vita, & in articulo mortis.

„ Quodque *Capellanus* seu *Confessor* predictus, quem *Willelmus*, *Joannes*, *Priorissa* & „ *Sorores* ac *legantes* & *relinquentes* vel *erogantes* hujusmodi, ut prefertur, duxerint eligendum, omnium peccatorum suorum, de quibus corde contriti & ore confessi fuerint etiam semel in vita & in mortis articulo plenariam remissionem eis; & etiam ipse *Capellanus* seu Confessor *omnibus* & singulis *in dicto Hospitali* pro tempore *decedentibus* & relinquentibus, seu legantibus vel erogantibus, ut prefertur, ac verè penitentibus & confessis, & cuilibet eorum in sinceritate fidei, unitate dicte romane Ecclesie, ac obedientiâ & devotione nostrâ vel successorum nostrorum Romanorum Pontificum canonicè intrantium persistentibus, auctoritate apostolica *concedere possit*, devotioni eorum tenore presentium indulgemus,

„ Sic tamen, ut idem Capellanus seu Confessor predictus de hiis, de quibus fuerit alteri satisfactio impendenda, illam eis & cuilibet eorum per eos, si supervixerint, vel per alios, si forsan tunc transierint, faciendam injungat, quam illi vel alii facere teneantur, ut prefertur.

Indulgentiæ annuè quinquaginta annorum &c.

„ Et insuper de Omnipotentis Dei misericordia ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus auctoritate confisi, omnibus & singulis utriusque sexûs fidelibus predictis, verè penitentibus & confessis, qui Capellam seu Ecclesiam dicti Hospitalis in Assumptionis beate Marie Virginis, & sancti Augustini, & sancte Elizabeth, ac Epiphanie Domini festivitatum, & dedicationis ejusdem Capelle vel Ecclesie diebus, à primis vesperis usque ad occasum solis festivitatum ac dedicationis eorumdem, annis singulis devotè visitaverint, ac pro sustentatione pauperum & in-

„ firmo-

„ firmorum ac aliarum miserabilium personarum „ &aliorum onerum hujusmodi supportatione „ etiam, ut prefertur, manus porrexerint ad- „ jutrices, ac Priorisse & Sororibus predictis „ pro qualibet ipsarum festivitatum & dedicatio- „ nis *quinquaginta annos* & *totidem quadragenas* „ de junctis eis penitentiis misericorditer in Do- „ mino *relaxamus* : presentibus perpetuis futu- „ ris temporibus valituris. Anno 1509.

„ Volumus autem, nè ; quod absit, prop- „ ter hujusmodi gratiam & concessionem re- „ linquentes vel legantes aut erogantes, Prio- „ rissa & Sorores ac Willelmus & Joannes pre- „ fati reddantur procliviores ad illicita imposte- „ rùm committenda ; quod si à sinceritate fi- „ dei ; unitate Romane Ecclesie ac obedientiâ „ nostrâ vel Successorum nostrorum canonicè „ intrantium hujusmodi destiterint ; aut ex con- „ fidentiâ concessionis vel remissionis predicte „ aliqua forsan committant, concessio, re- „ missio & presentes Littere quoad hoc eis „ nullatenùs suffragentur.

„ Quodque si dicte Ecclesie vel Capelle aut „ aliàs aliqua Indulgentia imperpetuum vel ad „ certum tempus nondum elapsum duratura per „ Nos concessa fuerit, eedem presentes Lit- „ tere quoad relaxationem hujusmodi nulle „ sint.

„ Nulli ergo omnino hominum liceat hanc „ paginam nostri indulti, relaxationis & vo- „ luntatis infringere aut ei ausu temerario con- „ traire. Si quis autem hoc attemptare presump- „ serit indignationem omnipotentis Dei ac bea- „ torum Petri & Pauli Apostolorum ejus se no- „ verit incursurum.

„ Datum Rome apud sanctum Petrum anno „ Incarnationis dominice millesimo quingentesimo „ nono, pridie Nonas julii, Pontificatûs nostri anno „ sexto. „

Eodem

Anno 1509.

Mendicis prohibitum mendicare.

Eodem hoc anno 7. julii mendicis vagis & otiosis indictum exitium est. Sub arbitrali correctione prohibitum, nè quis aliquo notabili defectu non laborans eleëmosynam publicè petat, si annum XVIII. superet aut LX. non excedat. Cusæ etiam sunt tesseræ plumbeæ unâ facie impressam manum habentes, alterâ Castrum, quas collo appensas gestarent ii, quibus mendicare liceret. Conventibus autem Religiosis inhibitum, eleëmosynam largiri tesseram hujusmodi non præferentibus. Ita Papebrochius *Annal. MSS.* ex Caukerkio.

Hospitale petit & impetrat incorporationem Pastoratus de Westwesele.

Ad subveniendum supradictæ penuriæ petiverunt Religiosæ Hospitalis Antverpiensis, ut pro sustentatione pauperum Hospitali incorporaretur Pastoratus de Westwesele, cujus Personatum possidebat Priorissa. Obtinuerunt autem incorporationem illam ab eodem Pontifice anno sequenti per Bullam, quam ex originali subjungo.

1510.

Bulla desuper

Ex Archivis Hospitalis.

„JULIUS Episcopus servus servorum Dei ad „perpetuam rei memoriam.

„Ex superne dispositionis arbitrio universalis „Ecclesie regimini & gregi dominico presidentes, inter curas multiplices, quas ex mi„nisterio Pastoralis officii Nobis censemus in„cumbere, illam affectibus totis non indignè „amplectimur, per quam Christi pauperum & „egenorum miserabiliumque personarum inopie „& indigentiis subvenitur.

„Dudum siquidem omnia beneficia Ecclesias„tica cum cura & sine cura apud Sedem „apostolicam tunc vacantia & in anteà vaca„tura collationi & dispositioni nostre reservavi„mus; decernentes ex tunc irritum & inane, „si secùs super hiis â quoquam quâvis actorita„te, scienter vel ignoranter contingeret attemptari.

„Cum

„Cum itaque postmodum *Parochialis Eccle-* Anno
„*sia* loci *de Woestwesele* Leodiensis diocesis per 1510.
„liberam resignationem dilecti filii *Johannis de*
„*Berchem*, nuper ipsius Ecclesie Rectoris;
„de illa, quam tunc obtinebat, per dilectum
„filium Simonem de Locht Canonicum Eccle-
„sie beati Gervagii trajectensis dicte diocesis
„Procuratorem suum, ad hoc ab eo specia-
„liter constitutum, in manibus nostris sponte
„factam, & per Nos admissam, apud Se-
„dem eandem vacaverit & vacet ad presens;
„nullusque de illa preter Nos hâc vice dispo-
„nere potuerit sive possit, reservatione & de-
„creto obsistentibus supradictis.

„Et sicut exhibita Nobis nuper pro parte
„dilectarum in Christo filiarum PRIORISSE &
„SORORUM Hospitalis sancte Elizabeth Opidi
„Antwerpiensis Ordinis sancti Augustini Came-
„racensis diocesis petitio continebat, si dicta
„ECCLESIA eidem HOSPITALI, in quo paupe-
„res & infirmi, quascumque infirmitates
„etiam contagiosas patientes, undecumque ad
„illud declinantes, benignè recipiuntur, qui-
„busque Priorissa & Sorores deserviunt ac ci-
„bum & potum ac alia necessaria ministrant;
„perpetuò uniretur, annecteretur ac INCOR-
„PORARETUR, illiusque fructus, redditus &
„proventus in sustentationem eorumdem paupe-
„rum converterentur, ex hoc profecto ipso-
„rum pauperum necessitatibus non parum con-
„suleretur.

„Pro parte Priorisse & Sororum predictarum;
„asserentium, quod dicte Ecclesie fructus,
„redditus & proventus decem marcharum ar-
„genti puri, secundùm communem estima-
„tionem, valorem annuum non excedunt;
„quodque presentatio persone idonee ad Eccle-
„siam ipsam, dum pro tempore vacat, ad

„Prio-

Anno 1510. „ Priorissam pro tempore existentem dicti Hos„ pitalis & illius Sorores prefatas de observatâ „ consuetudine pertinet ; Nobis fuit humiliter sup„ plicatum , ut dictam Ecclesiam eidem Hospitali „ perpetuò unire , annectere & incorporare de „ benignitate apostolicâ dignaremur.

„ Nos igitur , qui dudum inter alia volui„ mus , quod petentes beneficia Ecclesiastica „ aliis uniri , tenerentur exprimere verum an„ nuum valorem secundùm estimationem pre„ dictam , etiam beneficii , cui aliud uniri „ peteretur , alioquin unio non valeret ; & „ semper in unionibus commissio fieret ad par„ tes , vocatis quorum interesset ; prefatas Prio„ rissam & Sorores à quibusvis Excommunica„ tionis , suspensionis & Interdicti , aliisque „ ecclesiasticis sententiis , censuris & penis , à „ jure vel ab homine , quâvis occasione vel „ causâ latis , si quibus quomodolibet innoda„ te existant , ad effectum presentium dum„ taxàt consequendum , harum serie absolven„ tes & absolutas fore censentes , ac dicti Hos„ pitalis fructuum , reddituum & proventuum „ verum annuum valorem presentibus pro ex„ presso habentes , ECCLESIAM predictam , sive „ premisso sive alio quovis modo , aut ex al„ terius cujuscumque persona , seu per similem „ resignationem dicti Johannis vel cujusvis alte„ rius de illa in romana Curia vel extra eam „ etiam cum Notario publico & testibus sponte „ factam , aut Constitutione felicis recordatio„ nis JOHANNIS PP. XXII. predecessoris nostri , „ que incipit *Execrabilis* , vel assecutione alte„ rius beneficii , quâvis auctoritate collati , „ vacet ; etiam si tanto tempore vacaverit , „ quod ejus collatio juxtà Lateranensis statuta „ Concilii ad Sedem predictam legitimè devolu„ tâ , ipsaque Ecclesia dispositioni apostolicè

„ speciali-

„ specialiter vel aliàs generaliter reservata ex- Anno
„ istat, & super ea inter aliquos lis, cujus sta- 1510.
„ tum presentibus haberi volumus pro expresso,
„ pendeat indecisa; dummodo ejus dispositio
„ ad Nos hac vice pertineat, cum omnibus
„ juribus & pertinentiis suis eidem HOSPITALI
„ auctoritate apostolicâ tenore presentium per-
„ petuò unimus, annectimus & INCORPORA-
„ MUS. Ita quod liceat eisdem Priorisse & So-
„ roribus per se vel alium seu alios corporalem
„ Ecclesie juriumque & pertinentium predicto-
„ rum possessionem propriâ auctoritate liberè ap-
„ prehendere & perpetuò retinere, illiusque
„ fructus, redditus & proventus in pauperum
„ & infirmorum predictorum sustentationem
„ convertere. Ipsique Ecclesie per aliquem pres-
„ byterum idoneum secularem vel cujusvis Or-
„ dinis regularem, ad nutum Priorisse & Soro-
„ rum predictarum ponendum & amovendum,
„ in divinis deserviri & animarum cura illius
„ parochianorum exerceri facere, Diocesani lo-
„ ci & cujusvis alterius licentiâ super hoc minimè
„ requisitâ: non obstantibus voluntate priori
„ predictâ ac pie memorie BONIFACII PP. VIII.
„ etiam Predecessoris nostri, & aliis Constitu-
„ tionibus & ordinationibus apostolicis contrariis
„ quibuscumque.

„ Aut si aliqui super provisionibus sibi facien-
„ dis de hujusmodi vel aliis beneficiis eccle-
„ siasticis in illis partibus speciales vel generales
„ dicte Sedis vel Legatorum ejus Litteras impe-
„ trârint, etiamsi per eas ad inhibitionem, re-
„ servationem & decretum vel aliàs quomodo-
„ libet sit processum. Quas quidem Litteras,
„ & processus habentes per easdem, ac
„ inde secuta quecumque ad dictam Ecclesiam
„ volumus non extendi: sed nullum per hoc
„ eis quoad assecutionem beneficiorum aliorum

Anno 1510. „ prejudicium generari : & quibuscumque aliis „ privilegiis, indulgentiis & litteris apostolicis „ generalibus vel specialibus, quorumcumque „ tenorum existant, per que, presentibus non „ expressa vel totaliter non inserta, effectus „ earum impediri valeat quomodolibet vel dif- „ ferri, & de quibus, quorumque totis teno- „ ribus de verbo ad verbum habenda sit in „ nostris Litteris mentio specialis.

„ Proviso, quod propter unionem, an- „ nexionem & incorporationem predictas dicta „ Ecclesia debitis non fraudetur obsequiis, & „ animarum cura in ea nullatenùs negligetur : „ sed ejus congruè supportentur onera consueta. „ Nos enim, prout est, irritum decernimus & „ inane, si secùs super hiis à quoquam quâ- „ vis auctoritate scienter vel ignoranter attemp- „ tatum forsan est hactenùs vel imposterum „ contigerit attemptari.

„ Nulli ergo omnino hominum liceat hanc pa- „ ginam nostre absolutionis, unionis, an- „ nexionis, incorporationis voluntatis & decre- „ ti infringere vel ei ausu temerario contraire. „ Si quis autem hoc attemptare presumpserit in- „ dignationem omnipotentis Dei ac beatorum „ Petri & Pauli Apostolorum ejus se noverit in- „ cursurum.

„ Datum Bononie anno Incarnationis domi- „ nice millesimo quingentesimo decimo, no- „ nis decembris, Pontificatûs nostri anno octavo. "

Princeps Bullam hanc placetavit. Hanc unionem & incorporationem approbavit, confirmavit & executioni mandari precepit CAROLUS V. Imperator per Diploma desuper datum anno 1522. quod infrà suo loco dabitur.

Abbatiæ S. Michaëlis incorporantur Pastoratus. LEO PP. X. anno 1516. similiter varias Curas Pastorales univit & incorporavit Abbatiæ S. Michaëlis, ut indicat author *Chor. Abb. S. Mich.*

S. *Mich.* *Cap.* 4. apud Sanderum. Sed Author non indicat, quæ sint istæ Curæ. Anno 1510.

Cupido visendi famosa loca sacra reviviscebat hoc tempore; alii pietate ducti desiderabant visere loca sacra in Palestina; alii Limina Apostolorum; alii S. Jacobum in Compostella. Plures autem similes in idem collimantes quæsierunt Nautam, qui eos navigio ad loca illa perduceret. Invenerunt tandem unum, qui iter hoc aggrederetur, *Theodorum Paechs*. Hic, cum navim benè instructam haberet, excepit pios viatores, & Antverpiâ solvit 11. februarii anno hujus seculi decimo, duxitque eos feliciter Compostellam, dein Romam & tandem Jerosolymam: & ubique expletis votis feliciter omnes reduxit ad portum, unde solverat, anno sequenti mense martio, post iter tredecim mensium. *Chron. MS.* Peregrinationes ad loca sacra.

Quia autem pium hoc iter peregrinantibus his tam bene cesserat, desiderium aliorum etiam excitatum fuit, & pluries sic iterata fuit peregrinatio. Chronicum impressum indicat eundem Nautam, quem nominat *Theodorum van Paesschen*, deinceps iter bis instituisse ad eundem terminum, sed non æquè feliciter. Primùm anno 1516. paraverat navim ad iter Jerosolymitanum. Civitas autem cum eo mittebat duo magna tormenta bellica in insulam Rhodes pro militibus S. Joannis, nunc dictis Melitenses; indubiè in auxilium contrà Turcas, qui insulæ continuò imminebant, quique eam post sex annos, anno nempe 1522., superàrunt pulsis inde dictis *Militibus*, qui dein sedem fixerunt in Insula Melitensi, inde dein dicti *Melitenses*. Solvit itaque *Theodorus* 25. aprilis anno 1516., sed vix ad quinque aut sex leucas ingressus fuerat mare, dum navis hæ- Antverpia mittit tormenta bellica ad Milites Rhodienses.

Anno 1510. hærens in arenosis fracta fuit. Salvati tamen fuerunt omnes peregrinantes, & pium iter hâc vice perficere non potuerunt.

Iterum idem *Theodorus* iter Jerosolymam instituit cum excellenti nova navi anno 1518. mense aprilis cum pluribus piis viatoribus & mercaturis; & feliciter eos in Palestinam duxit: sed cum appulisset, per Turcas omnes facti sunt captivi reducendi in servitutem, titulo quod essent exploratores venientes ad lustranda infirma terræ. Liberati interim sunt datâ magnâ redemptione, & expleto voto venerunt Venetias, dein itinere terrestri Romam & inde Antverpiam. Navis autem cum nauta salva rediit Antverpiam anno sequenti. *Antwerpsch Chron.* An autem similia itinera deinceps instituta sint, non liquet.

Idem latiùs relatum. Papebrochius *Annal. MSS.* ad annos 1509. 1511. & 1512. agit de prædicta prima peregrinatione, eamque ex Valkenisse magis circumstantiatam refert, nomenque nautæ vernaculum *Dirik* non *Theodorum* sed *Didericum* latinè ponit. Itaque, juxtà ipsum, *Theodorus van Paeschen*, primus qui ex Belgio in propria navi profecturus erat in Terram sanctam, scedas latinè, teutonicè & gallicè impressas quaquaversum misit, per eas invitans pios ad iter hoc secum perficiendum, statuto pretio octoginta ducatorum hungaricorum pro itu & reditu. Navim interim instruxit, eique tormenta ænea, à Civitate empta, imposuit; aplustria autem signata erant rubrâ cruce in campo albo, & quædam ferebant signa Urbis Antverpiensis. In paratam navim invitavit *Theodorus* totum Magistratum ad prandium, ad quod illius nomine convenerunt 15. febr. *D. Joannes van Immerseele* Marcgravius, *Ægidius van Berchem* Consul, *Gerardus van de Werve* Amman

Ammannus, *Willelmus van Immerseele*, *Petrus de Moleneer*, *Henricus Butkens* & *Gaspar van Halmale*. Cum ipso autem hinc solverunt uxor cum patre suo *Diderico van Boven*, *D. Joannes Cant*, *Adrianus van Berchem* fil. D. Costini, *Adrianus van der Noot* & *Joannes Joost* aliàs *van der Gracht*. &c. Navis autem anno sequenti 1511. peractâ peregrinatione reversa est Romam 7. septembris. Unde peregrini aliqui terrestri itinere progressi, huc post festum omnium Sanctorum advenerunt, videlicèt DD. *Adr. van Berchem*, & *Adr. van der Noot* cum *Joan. Joost* & *Did. van Boven*, relictis post se duobus Civibus in via mortuis cum equite uno Lyrano D. *Georgio Colebrant*. Quia verò primi omnium hinc profecti iter istud susceperant, fuerunt magnificè excepti à Magistratu, ac domum quique suam deducti. Anno 1510.

Navis autem *Theodori* rediit 24. martii anno 1512., cui, Calloum usque provectæ, obviam navigârunt civitatis Consules cum Prætore navibus duabus levioribus, quas *Bargias* vocant, mutuaque tormentorum explosione invicem salutârunt. Quos simul Antverpiam procedentes tota Colveniorum Gilda per cymbras dispersa in armis expectabat, ad Basilicam marianam eos deductura. Ibi *Theodorus* obtulit appenditque immanes duos ferreos globos magnitudinem dolii Hamburgensis æquantes, quos Rhodii milites mittebant Antverpiensibus. Globi hi etiam diu ibidem in fornice pependerunt. Ita *Papebrochius*. Donum hoc à Rhodiensibus militibus missum Antverpiensibus indubiè occasio fuit, ob quam, ut supra vidimus, Senatus Antverpiensis dein iisdem militibus dono misit duo tormenta majora.

De secundo *Theodori van Paeschen* itinere

 nul-

Anno 1510. nullam mentionem facit Papebrochius, sed quod suprà dixi secundum, dicit ille tertium, & de eo & ultimo itinere agit ad an. 1516. ponitque utrumque æquè infelix. Indicat autem ad an. 1511. alium etiam nautam iter illud cum navi sua instituisse, nempe *Guilelmum van der Gheest*. Sed de successu nihil.

Adrian. Blict S. P. Q. A. ab Actis. Obiit hoc anno ADRIANUS BLICT S. P. Q. Anverpiensi ab Actis, de quo prelo data fuit in 8. *Collectio moralis super his vulgaribus verbis Tiry, Miry, Hoff.* Ita Foppens *Bibliot. Belg. pag.* 10., ubi dicitur, illum primum ibidem munere isto functum fuisse. Hoc autem non subsistit, si *ab Actis* & *à Secretis*, prout aliqui eum fuisse scribunt, idem sit: nam suprà ad an. 1351. vidimus *Nicolaum Clerici* S. P. Q. Antverpiensi fuisse *à Secretis*. Interim successorem in munere isto habuit *Adrianus* Petrum Ægidii, de quo infrà.

1511. Dissensiones inter Confraternitates B. Mariæ in Ecclesia B. M. Supra ad an. 1479. vidimus institutam fuisse in Ecclesia matrice in novo opere novam Confraternitatem B. M. sub titulo *Laudum beatæ Mariæ*, licèt tunc in eadem Ecclesia adhuc subsisteret perantiqua Confraternitas B. M. post Chorum sub titulo *Salve Regina*. Subsistebat utraque in hæc tempora, & inter Confratres illarum subortæ sunt contentiones circà præcedentiam in Processionibus, circà lationem Statuæ B. M. & alia signa distinctiva; quæ tandem terminatæ sunt per Decretum Capituli & Senatûs, quod ex originali subjungo.

Terminatur per Decretum. Ex Archivis Capituli. *OVERMIDTS dien, dat sekere questien ende ghescillen opgestaen ende gereesen zyn tusschen den* Gulden-Brueders *van onser liever Vrouwen in de Stadt van Antwerpen, als van den Outaren van den* Loye *ende van* Salve Regina

aen-

aengaende t'voer ende achter-gaen in der Processien ende Omgangen , als men t'Beelde *van onser* Anno
liever Vrouwen omme-dragende is , ende andere differentien ; daer inne vele confusien ende inconvenienten gescapen souden zyn te comene ende vut te spruytene , in dien daer inne niet versien en ware. 1511.

Soe eest , dat alle dingen oversien ende gemerct by de eerweerdige , voersienige ende zere wyse Heeren meesteren Adriane Sandelyn *Deken ,* Stevene de Muntere *Tresorier ende* Clause de Buekelere *Canonincken in der selver Kercken , als van der Capittelen wegen daer toe gecommitteert ,* Aert van den Werve *Burgermeester van buyten ,* Gielis van Berchem *Burgermeester van bijnnen ende* Aert van Liere *Scepene der Stadt van Antwerpen , als van der gegeheelder Wet daer toe gecommitteert , gestatueert ende geordineert is , statueerden ende ordineerden mits desen , alsoe verre als t'elcken ende der jurisdictien van elcker aengaet ende niet voerders.*

Dat van nu voerdane alle de goede Mannen van beyde den voers. Gulden *met oetmoedicheden ende reverentien samentlick als* Broeders van onser liever Vrouwen *gaen sullen d'een onder d'andere ende met malcanderen gelyc Broeders minlick , sonder ennich discordie oft geschil te makene in enniger manieren.*

Ende sullen de selve Gulde-Brueders *dragen gelyck roykens sonder ennich vaenken oft teecken daer aene , oft oick ennige parueren oft teeckenen op heure mouwen oft abiten te stellene oft te hebbene.*

Item *dat de* twee Meesters *van den voers.* Love *dit jegenwoordich jaer in der voers.* Processien *boven sullen gaen , ende in d'andere toecomende jaer sullen de* twee Meesters *van*

Anno 1511. Salve Regina *boven gaen, ende alsoe dat d'eene d'een jaer boven, ende d'andere d'jaer beneden gaen sal, ende dat continueren.*

Item *sullen oick in gelycker manieren de voergenoemt* Gulde-brueders *t'voergenoemt* Beelde *van onser liever Vrouwen dragen van jare te jare.*

Item *sullen oick de voers.* Gulde-brueders *de selve huere* Gulde *ende* Outaren *onderhouden, soe zy tot her toe gedaen hebben.*

Reserverende in desen alsoe wel de Heeren van der voers. Capittelen *als de* Wethouderen *voers. voir hen ende die by tyden wesen sullen, ende alsoe verre als't elcken aengaet, huer minderen, meerderen, breken ende te nyente doen.*

Ende oft boven desen ennige confusie gebeurde by ennigen van den voers. Gulde-bruederen, *dat die gene, die de confusie alsoe gedaen sal oft sullen hebben, alsoe gecorrigeert sullen worden gelyck ende alsoe dat naer de gelegentheyt van den saken behooren sal.*

In orconden der waerheyt soe hebben de voergenoemde Meester Adriaen Sandelyn *Deken ende* Burger-meesteren *ende* Scepenen *voers., te wetene de voers.* Deken *zynen zegel, ende* Burger-meesteren *ende* Scepenen *den segel ten saken der Stadt van Antwerpen voers., desen letteren doen aenhangen op ten sestiensten dach van augusto in't jaer ons Heeren als men screef duysent vyf-hondert ende elve.*

Confraternitas hæc sub titulo *Salve Regina* ampliùs non subsistit. Quàm diu autem post hæc perseveraverit, non liquet. Altera autem sub titulo *Laudum B. M.* subsistit continuatâ serie usque in hodiernum diem inter primarios Cives.

Circa

Circà hæc tempora cœpit Antverpiæ grassari pestilentia, quæ pluribus annis duravit; legimus enim, quod anno 1516. Princeps CAROLUS, jam emancipatus & in his regionibus inauguratus, voluerit Antverpiæ in Ecclesia matrice celebrare Comitia aurei Velleris, quodque jam omnia parata essent & scuta gentilitia exposita super sedilia Canonicorum, quod scuta ista nocte indè sublata sint & Comitia celebrata Bruxellis 26. octobris, idque ideo quòd Principi delatum esset, pestem Antverpiæ grassari & multos inde mori. *Antwerpsch Chron.* Anno 1511. Antverpia Peste infecta.

Refertur autem Antverpiam tempore hujus morbi magnum juvamen sensisse ex meritis S. FREDEGANDI, qui ut Patronus colitur in *Deurne* primo lapide ab Antverpia versùs orientem, quique ibidem aliquando monachalem vitam duxisse putatur.

In hanc rem ita scribit Cuperus *Act. SS. Tom. IV. Julii pag.* 292. *n.* 17. : Civitas, inquit, Antverpiensis epidemico morbo afflicta circà annum 1512. intercessione *S. Fredegandi* magnum sensit levamen, uti commemorat Augustinus Wigmans in *Apotheca spiritualium pharmacorum cap.* 42. & breviùs in suo *Diario ecclesiastico de sanctis contrà pestem tutelaribus* ad diem XVII. julii ita scribens: *Turnini in Brabantia S. Fredegandi presbyteri & Confessoris, qui suis meritis pestilentiam in Antverpia propulsavit.* 1512. Juvatur meritis S. Fredegandi.

De ejusdem patrocinio contrà pestem fit mentio in supra laudato rhythmo flandrico, qui à ducentis annis compositus pependit Turnini in Sacello S. Fredegandi, & refertur in belgica Sanctorum Legenda, quam *Henricus Adriani* Pastor Nosocomii S. Elisabethæ anno 1602. Antverpiæ edidit. Papebrochius noster in MSS.

Anna-

Anno 1512. Annalibus Antverpiensibus ad annum Christi 1512. quatuor hujus rhythmi versiculos, ad propositum nostrum spectantes, ita latinè reddidit.

Intercessor es contrà pestilentiam,
Ut clarè patuit apud Antverpiam;
Ubi anno post mille quingentos duodeno
Te rogantes servasti à tali veneno.

Ita Cuperus loco citato.

Provinciæ Belgicæ eximuntur ab Imperio. Hoc anno MAXIMILIANUS I. Imperator avus & tutor CAROLI Principis nostri Provincias belgicas & comitatum Burgundiæ univit, sic ut simul juncti dicerentur & constituerent *Circulum Burgondiæ.* Ab hâc autem institutione membra & Provinciæ hujus Circuli exempta sunt ab omni onere Imperii, quod clarum fit ex transactione Caroli V. Imperatoris cum membris Imperii initâ anno 1548. in Conventu Augustæ Vindelicorum, in qua declaratur membra *Circuli Burgundiæ* exempta esse ab omni jurisdictione Imperii, sine præjudicio suarum constitutionum, & Provincias liberas esse ab omni onere Germani Imperii & à superioritate Imperatoris. *Chiffletius.*

Decanus Capit. Antv. moritur. Anno hoc seculi hujus duodecimo 18. novembris obiit ADRIANUS SANDELICUS Decanus Capituli Antverpiensis, qui dignitatem hanc possederat ab anno 1507. installatus die 7. octobris; Sepultus est in Ecclesia matrice sub hoc Epitaphio.

Hoc tumulo Musa, Charites, Astraa quiescunt,
Quo sua Sandelicus membra Adrianus habet.

Canonici eligunt Adrianum de Trajecto. Post obitum hujus Decani Canonici more solito processerunt ad electionem novi Decani; elege-

elegerunt autem ADRIANUM FLORENTII de Trajecto, S. T. D., Decanum S. Petri Lovanii, Præceptorem CAROLI Austriaci Principis nostri, qui deinceps anno 1522. creatus est Pontifex dictus ADRIANUS PP. VI. Hic, ut legitimè electus, possessionem hujus Decanatûs adivit & solemniter installatus est. Anno 1512.

Interim JACOBUS DE BANNISSIIS Secretarius MAXIMILIANI Imperatoris impetraverat à Pontifice provisionem ejusdem Decanatûs, & pro parte ipsius anno sequenti mense aprilis petita fuit possessio. Ad possessionem itaque etiam hic admissus est salvo jure cujuslibet. 1513. Jac. de Bannissiis impetrat Decanatum à Pontifice.

Mota fuit desuper lis, quæ per tres annos duravit & tandem terminata fuit in favorem D. DE BANNISSIIS, quod intimatum fuit Capitulo mense julio 1516., à quo tempore hic pacificam Decanatûs possessionem habuit. An autem lis terminata fuerit per sententiam, non liquet. Verosimile est, *Adrianum* juri suo cessisse, dum pro CAROLO cum Cardinali Ximenes factus est Prorex Regni Hispaniæ, quod factum est initio illius anni. Constant hæc ex scedis Capituli. Lis desuper terminatur in favorem hujus.

Vidimus suprà ad annum 1500. ALEXANDRUM PP. VI. Capitulo Antverpiensi confirmasse & renovasse exemptionem ab omnimoda jurisdictione Episcopi cameracensis, in cujus possessione erat ab immemoriali; ita ut Canonicos & subjectos eorum immediatè subjiceret S. Sedi, & Episcopus nullam in eos exerceret jurisdictionem ratione delicti, contractûs vel rei; aut excommunicationis, suspensionis & interdicti pœnas injiceret. Exemptio Capituli Antverpiensis.

Verùm Episcopus Cameracensis his non obstantibus contendebat Plebanum sibi subjectum esse ratione conventionis quondam initæ, & ratio- Invaditur per Episcopum.

Anno 1513. tione statutorum Synodalium; ideoque mandata sua ad eum dirigebat publicanda, quod ipsum Parochianis odibilem reddebat; contendebat adjunctos Plebano in functionibus pastoralibus sibi subjectos esse in Sacramentalibus; Excommunicationis sententias ferebat ratione percussionis clericorum; suspensionem & interdictum injiciebat, donec sibi illi satisfecissent. Et Capituli subjecti indirectè trahebantur ad tribunal Episcopi ratione contractûs, rei aut domûs mortuariæ subjectorum Capituli &c.

Capitulum recurrit ad Pontificem. Capitulum itaque iterum recurrit ad S. Sedem supplicans Pontifici, ut exemptionem per prædecessorem suum confirmatam iterùm confirmet & renovet; & exponens exceptiones seu prætensiones ex parte Episcopi & inde secuta, ut super illis sibi de opportuno remedio providere dignetur. Obtinuitque Capitulum petita, mediantibus WILHELMO DE ENCKENVOIRT & JOANNE DE BEKA Canonicis Antverpiensibus continuò in aula Pontificis versantibus, per Bullam desuper datam Romæ 24. augusti 1513., in qua LEO PP. X. non tantùm confirmat Capitulo Bullam ALEXANDRI PP. VI., sed insuper obvians omnibus exceptionibus Episcopi, ut in nullo ab eo dependeret, sed tantùm immediatè à Pontifice, hæc ei concedit Privilegia.

Obtinet confirmationem Exemptionis.

1. Ut subditi Capituli exempti sint à jurisdictione Episcopi &c. etiam quoad Sacramentalia, quoad publicationem mandatorum & sententiarum ab Episcopo editorum.

Et Ampliationem ejus.

2. Ut ab Episcopo in jus trahi non possint ratione curæ & Sacramentalium, seu delicti circà ea commissi, vel ratione domûs mortuariæ.

3. Ut Interdictum aut aliud pœnale propter injectionem manuum in clericum per aliquem

quem subjectum Capituli, per Episcopum &c. ferendum, & quidquid contrà exemptionem attentetur, irritum sit. Anno 1513.

4. Ut Decanus & in ejus absentia Vicedecanus, vel ab alterutro committendus subditos possit absolvere ab omnibus criminibus, censuris & pœnis, à quibus potest Episcopus.

5. Ut possit dispensare in irregularitatibus, inhabilitatis & infamiæ notas abstergere in casibus, in quibus potest Episcopus.

6. Ut Plebanus & Supplebani & alii, usque ad competentem numerum per Capitulum deputandi, possint absolvere ab omnibus delictis præterquam Sedi apostolicæ reservatis. Tollebatur itaque reservatio Episcopalis.

7. Quodque præsentati à Capitulo possint sacros Ordines suscipere à quocumque maluerint Episcopo, etiam extrà tempora, tribus diebus Dominicis vel festivis.

Latiùs hæc patent ex ipsa Bulla desuper confecta, quam ex originali subjungo.

Bulla Pontificis desuper.

Ex Archivis Capituli.

„LEO Episcopus servus servorum Dei ad „perpetuam rei memoriam. Romàna Ecclesia „aliarum Orbis Ecclesiarum mater & magistra „alias Ecclesias hujusmodi, præsertim quæ ad „eam nullo medio pertinere, illique subesse „noscuntur; ac personas in illis Altissimo con„tinuè famulantes vel illis subjectas, ut suos „humiles & devotos filios ex assuete pietatis „officio propensiùs amplecti, & nè indebitis „molestiis agitentur, eos veluti pia mater sue „protectionis presidio confovere consuevit; „prout id in Domino conspicit salubriter expe„dire.

„Licèt dudum felicis recordationis ALEX„ANDER PP. VI. predecessor noster ECCLE„SIAM beate MARIE Antwerpiensem Cameracensis „Diocesis

Anno 1513. „ Diocesis ; ac illius DECANUM, CAPITULUM ; „ CANONICOS ; Vicarios , Capellanos & Beneficiatos aliosque servitores & personas alias „ ejusdem Ecclesie , ac aliàs dictis Decano & „ Capitulo juramento aut aliàs quomodolibet „ subjectas aut suppositas , tunc presentes & „ futuros , & eorum singulos sub beati Petri „ & suâ protectione susceperit , ac sibi & romano Pontifici pro tempore existenti solùm „ & dumtaxàt immediatè subjecerit ; nec non „ ab omni jurisdictione ; superioritate , visitatione , procuratione , correctione , dominio & potestate pro tempore existentis Episcopi Cameracensis & suorum Vicariorum , Officialium , Procuratorum ; Nuntiorum & „ Commissariorum & cujuslibet ipsorum prorsùs exemerit & totaliter liberaverit : ita quod „ Episcopus , Vicarii , Officiales , procuratores , Nuntii & Commissarii prefati aut eorum aliquis , etiam pretextu quarumcumque „ Litterarum apostolice Sedis , quascumque clausulas etiam derogatoriarum derogatorias in se continentium , seu etiam ordinariâ vel quâcumque „ auctoritate aliâ suffulti , in Ecclesiam , Decanum , Capitulum , Canonicos , Vicarios , „ Capellanos , beneficiatos , servitores ac alias „ personas hujusmodi seu eorum aliquem , utpote prorsus exemptos , etiam ratione delicti , contractûs vel rei de qua agitur , ubicumque committeretur delictum ; iniretur contractus aut res ipsa consisteret , jurisdictionem „ superioritatem , visitationem , procurationem , „ correctionem , dominium vel potestatem aliquo modo exerceantur , eos seu eorum aliquem excommunicationis , suspensionis & interdicti seu quasvis alias sententias censuras & penas „ promulgare nequirent , quoquomodo decernens : „ ex tunc omnes & singulos processus , sententias ;

„ tias, censuras & penas, quos & quas per Anno
„ Episcopum Vicarios, Officiales, Procura- 1513.
„ tores, Nuntios & Commissarios predictos
„ aut aliquem eorum, in Ecclesiam, Deca-
„ num Capitulum, Canonicos & alios exemp-
„ tos supradictos aut eorum aliquem haberi vel
„ promulgari; nec non quidquid secus super
„ hiis per quoscumque quavis auctoritate scien-
„ ter vel ignoranter fieri vel attemptari contin-
„ geret, & quecumque pro tempore inde secu-
„ ta, nulla, irrita & invalida, nulliusque
„ fore roboris vel momenti, prout in dicti pre-
„ decessoris Litteris desuper confectis pleniùs
„ continetur.

„ Nichilominùs, quia aliàs in suppressione
„ Rectorie dicte Ecclesie, que etiam Parochia-
„ lis existit, & applicatione cure ejusdem illius-
„ que regiminis & exercitii *Decano* & *Capitulo*
„ predictis, ordinariâ auctoritate factâ & apos-
„ tolicâ auctoritate approbatâ, cautum fuit,
„ quod Vicarius temporalis, qui Plebanus vo-
„ caretur per eosdem Decanum & Capitulum
„ pro tempore institutus, priusquam regimini
„ & exercitio dicte Cure se immisceret, curam
„ ipsam ab eodem Episcopo, juxtà statuta
„ Synodalia desuper edita, recipere, & cum
„ aliis Curatis & Plebanis Decanatûs christiani-
„ tatis nuncupati Antwerpiensis, dicte Diocesis
„ in convocationibus ruralibus consuetis ordinatis
„ & ordinandis, comparere teneretur; & quod
„ tam Vicarius quàm alii presbyteri per Deca-
„ num & Capitulum prefatos ad regimen cure
„ hujusmodi adjungendi in hiis, que Sacramen-
„ torum administrationem concernerent, si in
„ illis delinquerent, eidem Episcopo subjecti
„ remanerent: Venerabilis Frater noster moder-
„ nus Episcopus Cameracensis & ejus Officia-
„ les ipsos Vicarium seu Plebanum & suppleba-

„ nos

Anno 1513

„ nos ad exequendum seu publicandum moni-
„ tiones & citationes excommunicationum &
„ alias sententias etiam super peccatis & crimini-
„ nibus, interdum occultis, solâ suspicione vel
„ divinatione cognitis, ut subditi contrà ipsos Ple-
„ banum & Supplebanos, quasi occulta eo-
„ rum crimina in Confessione percepta Decanis
„ ruralibus vel aliis Officialibus ipsius Episcopi
„ detexerint, frequenter murmurant, compel-
„ lere nituntur: ex quo Sacramentum confessio-
„ nis populo odiosum & ipsi Confessores sus-
„ pecti redduntur: ac etiam sepiùs in dicto
„ Opido Antwerpiensi injectis manibus violen-
„ tis in Clericum statim Interdictum seu cessa-
„ tio à divinis, donec is, qui manus in Cle-
„ ricum injecerit, cum Episcopo seu ejus Of-
„ ficialibus de certa pecunie summa composue-
„ rit, etiam si persona exempta excessum hujus-
„ modi commiserit, dictâ ordinariâ auctorita-
„ te apponi consuevit. Et cum inter executores
„ testamentorum suppositorum seu personarum
„ dicte Ecclesie aliqui seculares cum clericis de-
„ putantur, quamvis domus mortuaria meritò
„ censeri debeat ejusdem fori, cujus erat de-
„ functus testator, trahentes ipsos executores
„ seculares coram Ordinario, similiter personas
„ Ecclesie hujusmodi coexecutores coram eodem
„ Ordinario ad judicium evocari faciunt.

„ Quare pro parte dilectorum filiorum Ma-
„ gistrorum *Wilhelmi de Enckenvoirt* & *Johan-*
„ *nis de Beka* Scriptorum, Notariorum, cubi-
„ culariorum & familiarium nostrorum ac dicte
„ Ecclesie Canonicorum, nec non eorumdem
„ *Decani* & *Capituli* Nobis fuit humiliter sup-
„ plicatum, quatenùs eorum statui, tranqui-
„ litati & indemnitati in premissis oportunè pro-
„ videntes, susceptionem, subjectionem, ex-
„ emptionem, libertatem & Litteras predictas

„ cum

„ cum decreti ac omnibus & singulis aliis in „ eis contentis clausulis, etiam ad hoc ut De- „ canus & Capitulum prefati cum omnibus Vi- „ cariis, Capellanis, Beneficiatis, servitoribus & „ personis predictis presentibus & futuris, & „ eorum singuli ac res & bona cujuslibet ipso- „ rum, tam durante vitâ quàm post decessum „ eorum, ab omni ordinaria jurisdictione, „ superioritate, correctione, dominio, potestate, „ visitatione, procuratione, subsidiis, jocundis „ adventibus, decimis, precariis & aliis subven- „ tionibus, predicti & pro tempore existentis „ Episcopi Cameracensis, nec non quorum- „ cumque aliorum Archiepiscoporum vel ordi- „ nariorum judicum ac Capitulorum provincia- „ lium & Synodalium, aliorumve superiorum, „ quâvis auctoritate fungentium, suorumque „ Vicariorum, Officialium, Procuratorum, „ Nuntiorum & Commissariorum hujusmodi, „ etiam quoad Sacramentalia & mandata publi- „ candi, citationes vel sententias dictâ ordinariâ „ auctoritate decretas vel latas: ita ut ratione Sa- „ cramentalium seu delicti circà ea commissi „ vel ratione domûs mortuarie alicujus supposi- „ torum Capituli eorumdem coram Ordinario „ vel ejus Officialibus in jus trahi nequeant, „ extendere & ampliare, ac interdictum vel „ cessationem à divinis aut aliud penale decre- „ tum propter injectionem manuum in clericum „ per aliquem ex dictis suppositis seu personis „ ejusdem Ecclesie per Ordinarium loci vel ejus „ Officiales ferendum, ac quicquid contrà „ hujusmodi exemptionem in prejudicium ex- „ emptorum predictorum, presentium & futu- „ rorum, quâvis auctoritate, scienter vel igno- „ ranter attemptari contigerit, irritum & inane „ decernere ac aliàs in premissis oportunè pro- „ videre de benignitate apostolicâ dignaremur. Anno 1514.

Anno 1513.

„Nos igitur WILHELMUM, JOHANNEM ; „DECANUM & CAPITULUM predictos ac illorum „singulos à quibusvis excommunicationis, sus- „pensionis & interdicti aliisque ecclesiasticis sen- „tentiis, censuris & penis, à jure vel ab „homine quâvis occasione vel causâ latis, si „quibus quomodolibet innodati existunt, ad „effectum presentium dumtaxàt consequendum „harum serie absolventes & absolutos fore cen- „sentes, hujusmodi supplicationibus inclinati „susceptionem, subjectionem, exemptionem, „liberationem & Litteras predictas cum decreti „ac omnibus & singulis aliis in eis contentis „clausulis, etiam ad hoc ut Decanus & Ca- „pitulum prefati cum omnibus Vicariis, Ca- „pellanis, Beneficiatis, servitoribus & perso- „nis predictis presentibus & futuris, & eorum „singuli ac res & bona cujuslibet ipsorum, „tam durante vitâ quàm post decessum eorum, „ab omni, etiam ratione cure hujusmodi & „populi parochiani non exempti, ordinariâ „jurisdictione, superioritate, correctione, do- „minio, potestate, visitatione, procuratio- „ne, subsidiis, jocundis adventibus, decimis, „precariis & aliis subventionibus predicti & pro „tempore existentis Episcopi Cameracensis, „nec non quorumcumque aliorum Archiepisco- „porum vel ordinariorum judicum ac Capitu- „lorum provincialium, Synodalium & rura- „lium, ac illorum Decanorum & presidentium „aliorumvè Superiorum quâvis auctoritate fun- „gentium, suorum Vicariorum, Officialium, „Procuratorum, Nuntiorum & Commissario- „rum hujusmodi, etiam quoad Sacramentalia „& mandata publicandi citationes vel sententias, „dictâ ordinariâ auctoritate decretas vel latas, „ita ut, etiam ratione dicte cure vel Sacra- „mentalium seu delicti circà ea commissi vel

„ratione

„ ratione domûs mortuarie alicujus suppositorum „ Capituli eorundem, coram Ordinario, De- „ canis & aliis predictis vel eorum officialibus „ in jus trahi nequeant; auctoritate apostolicâ „ tenore presentium extendimus pariter & am- „ pliamus. Anno 1515.

„ Ac interdictum vel cessationem à divinis „ aut aliud penale decretum propter injectio- „ nem manuum in Clericum, per aliquem ex „ dictis suppositis seu personis ejusdem Ecclesie, „ per Ordinarium loci vel ejus Officiales feren- „ dum; ac quicquid contrà hujusmodi exemptio- „ nem in prejudicium exemptorum predictorum „ presentium & futurorum quâvis auctoritate scien- „ ter vel ignoranter attemptari contigerit; irri- „ tum & inane, nulliusque roboris vel momenti „ existere decernimus.

„ Et insuper cum difficile sit personis exemp- „ tis pro singulis absolutionibus forsan ob in- „ jectionem manuum in Clericum vel in casi- „ bus Episcopalibus ad Sedem habere recursum; „ & nè occasione facultatis absolvendi à casibus „ locorum Ordinariis reservatis Plebanus & Sup- „ plebani aliquam pecuniarum summam Episco- „ po seu Officialibus prefatis in odium exemp- „ tionis solvere cogantur, eisdem Decano & „ Capitulo, quod perpetuis futuris temporibus „ Decanus vel in ejus absentia Vicedecanus pro „ tempore existens, seu cui alter eorum duxerit „ committendum, omnes & singulas personas dicte „ Ecclesie ab omnibus criminibus, censuris & pe- „ nis, à quibus per Ordinarium loci, seu „ aliàs cessante hujusmodi exemptione, si sibi „ subderentur; dictâ ordinariâ auctoritate de „ jure vel consuetudine absolvi possent, absol- „ vere; & cum eis super quibusvis irregularita- „ tibus dispensare, omnesque inhabilitatis & in- „ famie maculas sive notas similiter in quibus-

Anno 1513. „ cumque casibus, in quibus dicti Ordinarii „ in sibi subditis abolere possunt, abolere. „ Quodque Plebanus & Supplebani & alii per „ Capitulum prefatos usque ad competentem „ numerum ad id deputandi, omnes ad ipsos „ vel aliquem eorum pro remedio anime & „ salutis sue recurrentes ab omnibus excessibus & „ delictis in quibusvis casibus, preterquam ei„ dem Sedi reservatis, absolvere; nec non „ quibuscumque ipsis Decano & Capitulo sub„ jectis & personis aliàs ad id idoneis reperien„ dis & per eosdem Decanum & Capitulum „ presentandis, ut à quocumque maluerint Ca„ tholico Antistite, gratiam & communionem „ dicte Sedis habente, ad quoscumque etiam sa„ cros & presbiteratûs Ordines, etiam extrà „ tempora à jure statuta, aliquibus tribus Do„ minicis vel festivis diebus se promoveri facere „ liberè & licitè valeant, dicti Ordinarii vel „ cujusvis alterius licentiâ super hoc minimè re„ quisitâ, licentiam & facultatem concedimus, „ eisque ac dicto Antistiti indulgemus. Non „ obstantibus premissis & apostolicis ac in Pro„ vincialibus & Synodalibus Conciliis editis ge„ neralibus vel specialibus Constitutionibus & „ ordinationibus, statutis quoque consuetudini„ bus dicte Ecclesie juramento confirmatione „ apostolicâ vel quâvis firmitate aliâ roboratis; „ quodque Vice-decani pro tempore forsan in „ dignitate Ecclesiastica constituti non fuerint; „ nec non omnibus illis, que dictus *Alexan*„ *der* predecessor in eisdem prioribus Litteris „ voluit non obstare, ceterisque contrariis qui„ buscumque.

„ Nulli ergo omnino hominum liceat hanc „ paginam nostre absolutionis extensionis, am„ pliationis, decreti, concessionis & indulti in„ fringere vel ei ausu temerario contraire. Si

„ quis

„ quis autem hoc attemptare presumpserit , in- Anno
„ dignationem omnipotentis Dei ac beatorum 1513.
„ Petri & Pauli Apostolorum ejus se noverit
„ incursurum. Datum Rome apud sanctum
„ Petrum anno Incarnationis dominice millesimo
„ quingentesimo tertio-decimo , nono Kal. sep-
„ tembris , Pontificatûs nostri anno primo."

Pontifex nominat, qui Bullam executioni mandent.

Eodem die Pontifex committit Abbates S. Michaëlis Antverpiæ, S. Gertrudis Lovanii & Decanum S. Petri ibidem, ut Bullam hanc publicent & executioni mandent, compellendo contradictores per censuras; ut patet ex Litteris desuper confectis, quas ex originali subjungo.

Breve desuper.

Ex Archivis Capituli.

„ LEO Episcopus servus servorum Dei di-
„ lectis filiis SANCTI MICHAELIS Antwerpiensis
„ & SANCTE GERTRUDIS Lovaniensis monaste-
„ riorum ABBATIBUS ac Decano Ecclesie sancti
„ Petri Lovaniensis Cameracensis & Leodiensis
„ diocesium salutem & apostolicam benedictio-
„ nem.

„ Hodie à nobis emanârunt Littere tenoris
„ sequentis : LEO Episc. *ut suprà pag.* 269.

„ Quo circà discretioni vestre per apostolica
„ scripta mandamus , quatenùs vos vel duo aut
„ unus vestrûm , per vos vel alium seu alios ,
„ eisdem Decano & Capitulo & aliis exemptis
„ predictis in premissis efficacis defensionis pre-
„ sidio assistentes , ac Litteras nostras predictas
„ ubi , quando & quotiens expedire cognove-
„ ritis , fueritisque super hoc pro parte Decani &
„ Capituli aut aliorum exemptorum predicto-
„ rum vel alicujus eorum requisiti , solemniter
„ publicantes , faciatis auctoritate nostrâ Litte-
„ ras nostras ac extensionem , ampliationem ,
„ decretum & concessionem predicta , omnia-
„ que & singula alia in eis contenta perpetuò
„ inviolabiliter observari ; eosque extensione ,
„ ampliatione , decreto , concessione & aliis

Anno 1513. „ premissis pacificè frui & gaudere ; non permit- „ tentes eos contrà dictarum Litterarum teno- „ rem per modernum & pro tempore existentem „ Episcopum Cameracensem, Vicarios, Officia- „ les, Procuratores, Nuntios, seu Com- „ missarios prefatos aut quoscumque alios desu- „ per quomodolibet molestari ; contradictores „ auctoritate nostrâ appellatione postpositâ com- „ pescendo : non obstantibus omnibus supradic- „ tis, seu si Episcopo prefato vel quibusvis „ aliis communiter vel divisim ab eâdem sit „ Sede indultum, quod interdici, suspendi „ vel excommunicari non possint, per Litte- „ ras apostolicas non facientes plenam & ex- „ pressam ac de verbo ad verbum de indulto „ hujusmodi mentionem.

„ Datum Rome apud sanctum Petrum anno „ Incarnationis dominice millesimo quingentesi- „ mo tertio-decimo nono Kal. septembris, „ Pontificatûs nostri anno primo."

Bulla ista placetata per Imperatorem. Bullam hanc LEONIS PP. seu exemptionem Capituli & extensionem ejusdem in ea contentas placetavit CAROLUS V. Imperator ; & jurisdictionem Capituli in subjectos confirmavit ; in clericos seu Ecclesiæ habituatos quidem quoad plenum tenorem Bullæ, in alios Ecclesiasticos juxtà jus scriptum, & in laïcos juxtà suum in Brabantiam Lætum Introitum. Idque per diploma desuper datum 24. febru. 1520. stylo hodierno, quod infrà dabitur.

Gerontocomium Jesus. Eodem hoc anno decimo tertio fundatum est Gerontocomium ad usum quinque vetularum : domunculas quinque hunc in finem, sitas viâ *de Lange-nieuw-straet* juxtà Capellam JESUS, contulit Æditiuis D. Jacobi WILLELMUS VAN LIERE. An autem fundator ille Capellam istam construxerit, non liquet. Interim anno 1542. destru-

destructo occasione belli Rossemiani monasterio *Ter Nonnen* seu victorinarum, monialibus illis concessus fuit fundus hic cum Capella Jesus. Et prædictis vetulis ædificatæ fuerunt domunculæ quinque sub turri D. Jacobi, quæ anno 1769. splendidè reædificatæ sunt. Anno 1513.

Ordo Eremitarum S. Augustini, per ALEXANDRUM PP. IV. circà annum 1256. in unum corpus congregatorum, scissus erat seculo præcedenti circà annum nonagesimum secundum, & separata à reliquo corpore Congregatio, quæ aliquando dicta fuit *Congregatio Saxonica*, sed communiùs *Privilegiata Congregatio per Alemaniam*, & *Eremitarum S. Augustini de Observantia*. Separata fuit hæc Congregatio non ad laxitatem sed ad rigorem, animo reducendi Ordinem ad rigorem primævum; sicut Capucini à FF. Minoribus & Carmelitæ discalceati separati sunt à calceatis. Separatio hæc facta fuit legitimâ auctoritate, nempe Pontificiâ, per quam & obtinuit Vicarium generalem independentem à Generali primævi Ordinis.

Ordo Augustinianorum scissus.

Separata Congregatio dicta de Observantia.

Hujus Reformationis Fratres Conventus suos præcipuè habebant in Germania: sed paulatim sese per alias regiones diffundebant, quærentes oportunitatem figendi novellas plantationes.

Conventum habebant hoc tempore ENCHUSÆ in Hollandia septentrionali. Et illinc Antverpiam missi sunt aliqui Fratres, qui occasionem quærerent aliquando obtinendi Conventum in hac Civitate, in qua hactenus nulli Fratres Eremitarum S. Augustini fixum domicilium habuerant. Quo autem præcisè tempore huc cœperint advenire, non constat. Interim monumenta asservata in Capitulo videntur indicare, eos cœpisse advenire ante hunc annum. Papebrochius *Annal. MSS.* dicit, Caukerkium

Ex illa Congregatione Fratres Antverpiam veniunt.

Anno 1513. ex registris Civitatis scribere, agi cœpisse de admissione eorum ante annum MDXI.

Advenerunt itaque & fautores invenerunt JUDOCUM HOENS & MARCUM MUSSCHE Oppidanos Antverpienses, qui, rem Fratrum cordi habentes, præcipui ipsis adjutores & benefactores fuerunt.

Benefactores eorum.

Horum favore & liberalitate obtinuerunt domum & fundum, quem sic determinatum invenio: retrò Monetam, in *Nova-platea*, inter *Ridder-straet* & *Boxstede*. Adeoque primus eorum fundus situs fuisse debet circiter, ubi nunc Parochialis Ecclesia S. Andreæ. *Nova-platea* aliquando dicta fuit illa, quæ nunc dicitur *Beukelaer-straet*; & vel inde conjicere possumus, quadratum, in quo sita est Ecclesia S. Andreæ, unum continuum fuisse usque ad illam plateam; quod verosimile fit ex eo, quod deinceps, dum fundus monasterii per partes vendebatur, Senatui mandatum sit, ut à *Nova-platea* emerent partem fundi, quo fieret via ad interiora necdum vendita, ut infra dicetur. Saltem exitum vel ingressum habuit eorum monasterium in *Boxstede*: vidi enim librum impressum anno 1522., qui impressus ponitur via *de Boxsteda* juxtà monasterium S. Augustini. Et platea ad latus septentrionale dictæ Parochiæ, quæ ducit ad officinam monetariam, usque in hodiernum diem ab ipsis dicitur *Augustyns-straet*.

Procurant ipsis domum.

In hoc loco FF. Augustiniani cœperunt erigere Capellam sub titulo SS. Trinitatis, Capitulo Antverpiensi initio id nesciente & certè non consentiente, ac deinceps apertè contranitente. Capellam hanc construxerunt, aperuerunt & divina in ea peragere cœperunt.

Erigunt Capellam.

Capitulum videns jurisdictionem suam à Fratribus impeti, aliasque id impediri non posse, recurrit ad *Adrianum Florentii* Decanum S. Petri

Opponit se Capitulum.

Petri Lovanii, qui tamquam talis auctoritate Pontificiâ erat Conservator privilegiorum Capituli Antverpiensis, & super attentatis à Fratribus querelas exponit, quærens remedium. Anno 1513.

Adrianus rationibus Capituli motus mandatum dirigit ad *Fr. Georgium Stephani*, primarium certè inter Augustinianos Antverpiæ residentes & directorem operis; per quod eidem præcipit, ut Capellam SS. Trinitatis recenter erectam demoliatur, & prohibet nè eam ultrà apertam teneat. Insuper mandat, ut oblationes in ea factas, tamquam Capitulo Antverpiensi de jure & consuetudine debitas, eidem restituat. Litteras *Adriani* desuper 20. augusti 1513. confectas vidi & asservantur in archivis Capituli. Mandatum ad demoliendam Capellam.

Papebrochius *Annal. MSS.* refert ex Caukerkio, monasterium eorum, id est, Capellam fuisse consecratam 28. ejusdem mensis, quod non consentit cum Litteris *Adriani*, quæ indicant divina in ea jam antea peracta fuisse, prohibens 20. mensis nè Capellam ultrà apertam teneant, adeoque Consecratio hæc citius videtur fuisse peracta. Addit autem consecrationem hanc factam fuisse summo mane, multis obloquentibus & impedire conatis, præsertim Canonicis, adeoque viâ facti. Consecratio Capellæ viâ facti.

Cum autem FF. Augustiniani mandato *Adriani* non parerent, eo indubiè absente iteravit illud *Joannes Robbyns* Decanus Capituli Mechliniensis privilegiorum Capituli Antverpiensis Subconservator, præcepitque *Fr. Georgio* prædictum mandatum observare sub excommunicatione & aliis pœnis, citans ipsum ad comparendum coram suo tribunali ad primam diem judicialem post sex dies à die insinuationis. Litteras ejus desuper confectas 12. septembris Iteratur mandatum & FF. citantur Mechliniam.

1513.

Anno 1513. vidi, & asservantur in Archivis Capituli.

Mandatum hoc Fratribus incussit timorem: post tres enim septimanas, nempe 3. octobris ejusdem anni, mittit Epistolam ad Capitulum prædictus *Fr. Georgius Stephani*, & cum illa oblationes in capella receptas: & scribit, se non esse auctorizatum à Superioribus ad comparendum Mechliniam juxta citationem prædictam. Epistolam illam vidi & asservatur in archivis Capituli.

Restituuntur Capitulo oblata.

Interim Antverpiam venit *Fr. Joannes Raten* Prior Augustinianorum de Enchuysen, qui simul cum *Judoco Hoens* & *Marco Mussche* rem circà erectionem Conventûs detulit ad Concilium Brabantiæ, litemque ibidem instituit contrà Capitulum Antverpiense in possessorio, eo quod Capitulum vellet impedire erectionem Conventûs in proprio suo fundo juxtà Capellam à se erectam.

Augustiniani recurrunt ad Concilium Brab.

1514. Fratres autem in concilio Brabantiæ 23. februarii 1514. obtinuerunt provisionem seu manutenentiam contrà Capitulum pro erectione novi Conventûs in proprio fundo, & pro possessione certarum domorum & fundorum ac novæ Capellæ; quæ 26. ejusdem mensis executioni mandata & Capitulo intimata fuit.

Obtinent provisionem.

Ad hanc provisionem stabiliendam *Judocus Hoens* & *Marcus Mussche* opidani declarârunt 29. ejusdem mensis, se Fratribus dedisse bona mobilia & immobilia in ordine ad erectionem dicti Conventûs.

Declaratio quod bona obtinuerint ad erectionem Conventûs.

Capitulum autem cupiens conservare jurisdictionem suam & alias præeminentias, deputavit Bruxellas *Nicolaum Beukelt* Thesaurarium & *Joannem Kant* Canonicos ad obtinendam manutenentiam in suis juribus. Canonici illi rem sic direxerunt, ut brevi desuper obtinuerint Literas; sub ea tamen conditione, quod Literas

Capitulum obtinet manutenentiam in privilegiis.

teras

ras illas executioni non mandarent intrà quatuordecim dies, intra quos Canonici cum Senatu communicarent ad tollendas omnes difficultates circà erectionem Conventûs; quod & factum est. Sed interim Fratres non cessabant publicè celebrare officia divina, idque Bruxellas scripsit Capitulum 8. martii, indicans se velle executioni mandare obtentas Litteras. Cumque Augustiniani se non darent rationi & indicarent se velle procedere in erectione, Capitulum post expirationem prædictorum quatuordecim dierum Litteras in Concilio obtentas executioni mandavit. Sed Augustiniani in contemptum harum Litterarum non cessàrunt progredi. Constant hæc ex scedis Capituli.

Anno 1514.

Senatus favet Augustinianis

Interim dum lis hæc agitabatur Bruxellis, obtinuerunt Fratres fautores in Senatu Antverpiensi, qui sæpiùs super hac re congregatus commissarios misit Bruxellas, unde constabat civitatem consentire in erectionem novi Conventûs eamque desiderare.

Antverpiam deputantur duo Consiliarii.

Hinc Concilium Brabantiæ, considerans insuper, quod ex hac lite plures quæstiones orituræ essent, satiùs judicavit rem amicabiliter terminare. Itaque per Cancellarium & Concilium 15. aprilis 1514. statutum fuit quod *Petrus van der Voert* & *Franciscus van der Hulst* Consiliarii Antverpiam tenderent & ibidem partes coram se vocarent, ac omni possibili modo eas ad concordiam inducerent & super quæstionibus orituris unirent.

Ad Concordiam partes inducunt.

Prædicti consiliarii & commissarii Concilii Brabantiæ Antverpiam venerunt 20. aprilis. Locum in quæstione circà erectionem novi Conventûs visitant & partes coram se citant, & ad concordiam inducunt hoc modo.

Fratres renunciant liti.

Die 22. aprilis comparuerunt in Ecclesia B. M. in loco Capitulari in præsentia Canonicorum & præ-

Anno 1514. prædictorum Commissariorum *Judocus Hoens* & *Marcus Mussche* ac duo Fratres Augustiniani loco Prioris *de Enchuysen* absentis, ibidemque declarârunt, quod malè consulti in materia manutenentiæ in prædicta causa capitulum molestâssent & ad judicium traxissent, & renuntiârunt eidem liti cum annexis, consentientes in solutionem expensarum à capitulo eâ occasione factarum juxtà taxam statuendam per dictos Commissarios, & promittentes quod simile quid ultrà non fieret. Dein supplicârunt enixè Capitulo, quatenùs permitteret perfici erectionem conventûs & in eam consensum præberet; ac concordata iniret, prout cum aliis monasteriis in ingressu inita fuerant.

Petunt consensum Capituli in erectionem Conventûs.

Omnia hæc Capitulum acceptavit, & mediantibus Commissariis consensum præbuit in erectionem Conventûs; sed cum erigendus conventus foret ad onus civitatis, apposuit conditionem; *si Senatus hoc à Capitulo requireret.*

Consentit Capitulum conditionatè.

Commissarii autem desuper jaminde pridie convenerant Senatum, seu tria membra civitatis ad hoc congregata in curia, ubi declaraverant, se desiderare & petere erectionem hujus monasterii Augustinianorum reformatorum. Hinc eodem hoc die 22. aprilis comparuerunt in loco Capitulari præsentibus Commissariis deputati Senatûs *Guillelmus van Berchem*, *Arnoldus van den Werve*, *Jaspar van Halmale*, *Adrianus Haertsens* cum *Adriano Hermbouts* Pensionario. Hi coram partibus ex parte civitatis rogaverunt, ut Capitulum consentiret in erectionem dicti conventûs, dicentes quod, si capitulum placitum civitatis in hoc adimpleret, civitas placita capituli deinceps occasione datâ adimpleret.

Senatus petit Capituli consensum.

Canonici autem, cum prædictis Deputatis propo-

Capitulum præbet Consensum.

proposuissent gravamina, de quibus pluries cum Senatu egerant, quæ non tantùm communitas, sed etiam Parochiales Ecclesiæ & alia monasteria ex admissione hujus Conventûs paterentur, & nihilominùs civitas peteret admissionem, confidentes Senatum omnia illa perpendisse & prædicta gravamina ita moderaturum, ut servitium divinum inde non patiatur, nec commune bonum inde minuatur sed potiùs augeatur; volentes conscientias suas exonerare & civitatis aggravare, consenserunt, ut dictum monasterium, ubi conceptum erat, perficeretur: sic tamen, ut priùs procederetur ad confectionem concordati seu pactorum. Anno 1514. Restrictiones

Cum autem Capitulum ad preces civitatis consensum præbuisset, voluit, ut, si quæ inde molestiæ aut damna orirentur, civitas illa præcaveret; & in simili erectione nihil ultrà fieret sine debito modo & consensu Capituli.

Consensum hunc Deputati civitatis gratanter acceptârunt, sperantes fore, ut civitas in præmissis sic se gereret, ut capitulum à nullo omninò inde pateretur; pro quo dicti Deputati, quantùm in se erat, & pars altera capitulo se cautionem fore dixerunt, concedentes & consentientes in hoc & omnibus aliis punctis à capitulo propositis. Deputati Civitatis accéptant Consensum.

Dein pro majori prædictorum firmitate capitulum & Fratres cum litis-consortibus promiserunt coram dictis commissariis, omnia præmissa fideliter observare, & se quoad observantiam subjicere condemnationi in concilio Brabantiæ. Utrimque promissa observatio prædictorum.

Dein 24. aprilis iterum in loco capitulari comparuerunt Fratres, & eum illis *Guillelmus van Berchem* & *Arnoldus van de Werve* ex par- Concordatum cum Augustinianis provisionale.

Anno 1514. parte civitatis, ac *Marcus Mussche*; qui in præsentia Commissariorum rogârunt, ut inde non discederetur, nisi negotium circà erectionem Conventûs perfectum foret, adeoque & concordatum confectum. Cum autem Commissarii comperissent, Fratres non habere legitimam commissionem nec auctoritatem ad ineundum cum Capitulo concordatum, intercedentibus eisdem Commissariis provisionaliter conclusum est:

Articuli. 1. Quod fratres intrà sex septimanas procurabunt, ut aliqui potestatem habentes vel sufficientem commissionem ab Ordine ad concordatum ineundum accedant Capitulum, & cum eo conveniant & concordent.

2. Quod fratres concordatum illud approbari procurabunt per Pontificem & Superiorem ordinis.

3. Quod fratres intrà dictas sex septimanas poterunt in loco concepto indiès legere Missam clausis januis, & indies solùm unam januis apertis; ac diebus Dominicis & festivis sic unam cantatam & non plures.

4. Quod intrà illud tempus poterunt fratres etiam facere tres conciones, salvo quod nulla fiat in Ascensione Domini nec in festo Pentecostes.

5. Quod quandò unam illarum trium concionum facere voluerint, desuper debebunt informare capitulum & indicare horam.

6. Quod si in præmissis dubium occurrat, interpretatio ejus manebit penes dictos DD. Commissarios.

Constant hæc ex enarratione facti, vernaculè conscriptâ per modum contractûs seu apunctuamenti, subscriptâ hâc 24. aprilis 1514 per prædictos consiliarios *Petrum van der Voort* & *Franciscum van der Hulst*, tamquam commissarios

missarios in hac re ex parte concilii Brabantiæ. Originale vidi & asservatur in archivis capituli. Anno 1514.

Cum in hoc præliminari concordato concessum esset Fratribus, quod diebus dominicis & festivis possent celebrare unam Missam cum cantu, hinc in quodam Chronico MS. legimus Augustinianos primam Missam solemnem apertis januis celebrasse postridie, id est 25. aprilis in festo S. Marci, quod tunc erat festum in populo. Augustiniani celebrant primam Missam solemnem.

Sex septimanæ, intrà quas Fratres auctoritatem aut commissionem habentes comparere debuerant in Capitulo pro conficiendo concordato, expiraverant 5. junii, & hactenùs nullus comparuerat. Et interim approquinquabat dies, quo habebatur publica Processio S. Præputii in festo SS. Trinitatis. Desiderabant autem Fratres eam comitari. Recurrunt itaque ad capitulum 11. junii supplicantes quatenùs capitulum hoc eis concedere dignaretur. Capitulum autem intervenientibus prædictis commissariis hoc eis concessit, sic tamen ut in ea comparerent non prælatâ Cruce, in signum, quod necdum cum capitulo concordatum haberent; & ut Frater, qui ipso die post meridiem prædicaret, obligatus esset hoc populo publicare clarâ voce dicendo: *Ex gratia & venia Venerabilis Capituli hodie Fratres nostri comitati sunt Processionem: quod autem sine Cruce venimus, ideo est quod necdum Concordatum habeamus cum Capitulo, & sic Conventum non habeamus. Quod autem Concordatum non habeamus, non est imputandum Capitulo, sed nobis, qui necdum ad hoc à Superioribus auctorizati sumus.* Constat ex schedis capituli. Comitantur publicam Processionem. Sine cruce.

Suprà citatum Chronicum MS. notat, in hac Processione comparuisse septemdecim paria Cum Cruce.

Augustinia-

Anno 1514. Augustinianorum ; quod vix credibile est, cum necdum plenè admissi essent, & in acceptatione concordati infrà referendâ videatur indicari eos hactenùs paucos fuisse. Notat & comparuisse sine Cruce ; sed erroneè addit, id factum fuisse ægrè id ferentibus Canonicis. Notat insuper, quod in festo Corporis Christi comitati sint Processionem cum Cruce. Si hoc verum sit, debet iterùm à capitulo nova veniâ petitâ fuisse & obtenta.

Qualiter confectum Concordatum.

Tandem ad conficiendum concordatum inter Capitulum & Augustinianos, à Vicario generali Ordinis commissionem obtinuit & exhibuit *Joannes Mechlune de Osbach* aliàs *Raten* quondam Prior Conventûs de *Enchuysen*, nunc autem Vicarius districtûs partium inferiorum, & constitutus primus Prior novelli Conventûs Antverpiensis. Capitulum itaque deputavit *Theodoricum Hoinvagen*; *Livinum Nilis* & *Nicolaum Boekelaer* Canonicos. Hi cum prædicto Priore convenerunt, & mediantibus ac collaborantibus *Joanne Sauvage* Cancellario Brabantiæ & *Adriano Florentii* Decano S. Petri Lovanii, concordatum perfecerunt in Cancellariâ Brabantiæ 20. julii 1514., præsentibus ibidem *Joanne Loemel* J. U. L. & *Wilhelmo Hedâ* Præposito Arnhemensi Viris doctrinâ famosis, qui deinceps facti Canonici Antverpienses ibidem obierunt & sepulti sunt, ut infrà suis locis dicetur.

Concordatum inter Capitulum & Augustinianos de Observantia.

Concordatum illud subjungo ex originali Bulla LEONIS PP. X., per quam, datam 12. septembris 1514., illud approbat, confirmat & observari mandat.

Ex Archivis Capituli.

„IN NOMINE Domini amen. Noverint universi & singuli presentes Litteras seu hoc „presens publicum instrumentum visuri, lec„turi seu legi audituri, quod anno à Nativi-

„tate

„ tate Domini millesimo quadringentesimo quar- Anno
„ to-decimo, Indictione secundâ, die verò 1514.
„ vicesima secundâ mensis julii, Pontificatûs
„ sanctissimi in Christo patris Domini nostri
„ Domini LEONIS Pape decimi anno secundo
„ coram venerabilibus & circumspectis Viris &
„ magistris *Theodoro de Hauwaghen* pro nunc
„ Vice-decano & Preside nte & *Nicolao Duterno*
„ & *Nicolao Balduini* & *Livino Nilis*, ortâ
„ questionis materiâ seu lite inter venerabiles &
„ circumspectos Dnos DECANUM seu Vice-deca-
„ num & CAPITULUM beate Marie Antwerpiensis
„ ex una, & Religiosos Patres ac Dnos Fratrem
„ *Johannem Mechlune de Osbach* aliàs *Raten*
„ sacre Theologie Professorem, Priorem &
„ alios Fratres Conventûs *Heremitarum Ordinis*
„ *S. Augustini*, de novo erecti Antwerpie, eo-
„ rumque litis-consortes, de & super erectione
„ nove plantationis seu novelli monasterii sive
„ Conventûs Fratrum *Heremitarum de Obser-*
„ *vantia* nuncupatorum dicti *Ordinis S. Augusti-*
„ *ni*, infra muros dicti Opidi Antwerpiensis
„ ac Parochiam dicte Ecclesie beate Marie, &
„ illius occasione partibus ex alterâ.

„ Tandem intermediantibus & vices suas ad
„ concordiam interponentibus Venerabilibus mag-
„ nifico & preclarissimo equite aurato Dno JO-
„ HANNE SAUVAGE Cancellario Brabantie, &
„ Dno ADRIANO FLORENTII de Trajecto sa-
„ cre Theologie professore, Preposito sancti
„ Salvatoris Trajectensis ac Decano Lovaniensi,
„ personaliter constituti Venerabiles ac cir-
„ cumspecti Domini & magistri *Theodoricus*
„ *Houwaghen*, *Livinus Nilis* & *Nicolaus Boe-*
„ *kelaer* Canonici Antwerpienses nomine Capi-
„ tuli Antwerpiensis, & dictus Frater *Johan-*
„ *nes Mechlune de Osbach* aliàs *Raten* Vicarius
„ districtûs partium inferiorum nomine dicti

Anno 1514. „ Conventûs , juxtà facultatem seu mandatum „ à Venerabili Patre magistro *Johanne de Staupitz*, „ sacre Theologie professore Vicario generali „ reformate congregationis Almanie, illic exhibi- „ tum sopierunt & deciderunt omnes differen- „ tias & questionum materias anno Domini „ millesimo quingentesimo quarto-decimo, men- „ sis julii die vigesimâ, sub punctis & articu- „ lis, que sequuntur.

Licet ædificare & inhabitare Conventum sub conditionibus.

„ In primis, quod Fratribus supradictis lice- „ bit domum quandam in dicto Opido in No- „ va-platea sitam, inter plateam dictam *de Rutter-* „ *strate* & plateam dictam *de Boxsteghe*, in „ monasterium seu conventum sui ordinis jam „ construi & edificari inchoatam (licet nulliter „ & de facto, ex eo, quia consensus dicto- „ rum dominorum Decani & Capituli minimè „ intervenerat) prout illam à paucis diebus citrà „ inhabitârunt, ex nunc in anteà inhabitare, „ edificiumque ejusdem domûs jam inchoatum „ continuare & perficere, ac etiam in illo de- „ gere sub conditionibus, articulis, capitulis „ & pactis subsequentibus.

1. Tempus prædicationis

„ Videlicèt in primis, quod iidem Fratres „ & eorum successores circà officium predica- „ tionis perpetuis futuris temporibus in omni- „ bus & singulis triplicibus in prefata matrice „ ecclesia & filiabus ejus hactenùs celebratis & „ institutis & in anteà forsan celebrandis seu in- „ stituendis, nec non in sancti Marci festivi- „ tatibus ac dominicis & rogationum diebus „ ante prandium saltem horis & temporibus, „ quibus divina in dictâ matrice ecclesiâ pera- „ guntur, ab omni predicatione tam in prefa- „ ta eorum domo, quàm in quibusvis Ecclesiis, „ monasteriis & Capellis, infra districtum juris- „ dictionis dictorum dominorum Decani & Capi- „ tuli consistentibus, faciendâ penitùs & omnino se

„ absti-

„ abstinebunt, nè populus festivitatibus hujus- „ modi diebus & horis predictis à matrice „ Ecclesia & filiabus ejus quomodolibet retraha- „ tur; festo dedicationis ecclesie eorum & die- „ bus investiture & emissionis professionis Fra- „ trum, per eos pro tempore recipiendorum; „ nec non etiam die sancti Augustini cum ejus „ vera octava, ac festo beate Monice & sancti „ Nicolai de Tolentino dumtaxat exceptis, qui- „ bus occurrentibus verbum Dei poterunt pre- „ dicare in eorum conventu tantum.

Anno 1514.

„ Licebit nichilominus dictis fratribus post „ prandium ab hora prima usque secundam „ prefatis festivitatibus & diebus in eorum con- „ ventu Verbum Dei predicare.

„ Item quod iidem fratres ex nunc in anteà in „ singulis suis sermonibus, tam in ipsorum con- „ ventu quàm ecclesiis & aliis locis pretactis per „ eos pro tempore faciendis, nec non etiam „ in popularium confessionibus ac aliis, quan- „ tum eis fuerit possibile, informabunt popu- „ lum, ut in solempnitatibus & sancti Marci „ nec non dominicis & Rogationum diebus „ predictis frequentent matricem Ecclesiam & „ filias ejus respectivè, & in eisdem divina „ hujusmodi & sermones seu predicationes au- „ dire studiant.

Monitio in ea facienda.

„ Item tenebuntur preterea & erunt astricti „ fratres predicti eligere & assumere ex eis vi- „ ros litteratos, doctos & ydoneos ad officium „ predicationis exercendum temporibus ad pre- „ dicandum eis concessis & in anteà forsan con- „ cedendis juxtà formam Clementine *Dudum* „ de sepulturis. Qui sic electi similiter tenebun- „ tur in singulis eorum sermonibus & predica- „ tionibus, totiens quotiens pro parte ipsorum „ Decani & Capituli requisiti fuerint, infor- „ mare ac instruere populum ad solvendum

Personæ ad hoc assumendæ.

 „ prefate

Anno 1514.

„ prefate matrici ecclesie decimas & oblationes „ de jure vel consuetudine eidem debitas, juxtà „ formam constitutionis *Cupientes* de penis in „ Clementinis; quam si non servaverint, & „ iterum requisiti in proximo sermone negligen„ tiam suam non purgaverint, sicque de ipso„ rum negligentia aut potiùs inobedientia consti„ terit, incurrent penas in dictà constitutione „ contentas.

Non impedient Plebanum vel Curatos.

„ Item quod dicti fratres non impedient vel „ molestabunt, impedire vel molestari sinent vel „ procurabunt per se vel alium seu alios, pu„ blicè vel occultè, directè vel indirectè vel quo„ vis quesito colore vel ingenio, Plebanum „ vel supplebanos prefate matricis Ecclesie aut „ etiam curatos vel viceeuratos filiarum ejus pro „ tempore existentes in eorum sermonibus seu „ predicationibus per curatos ipsos in suisrespectivè „ ecclesiis fieri solitis, precipuè diebus dominicis, sal„ tem eis horà & tempote, quibus curati predicti „ populo predicare & Verbum Dei recitare „ consueverunt. Sed à predicando prorsùs cessa„ bunt & se abstinebunt, nè populum à ser„ monibus in dictis ecelesiis respectivè faciendis „ retrahant quoquomodo.

2. circà administrationem Eucharistie.

„ Item quod de administrationibus Sacramen„ torum & presertim Sacramenti Eucharistie, „ quoad illos qui non sunt de ordine vel de „ familia domestica domorum ordinis ipsorum, „ nullatenùs se intromittent, nisi quatenùs eis „ hoc concessum est in jure. Immò inconcussè „ servabunt constitutionem Clementine *Religiosi* „ de privilegiis, nec illi quovis modo in suis „ predicationibus contravenient, Prelatis vel „ Curatis seu prefatis Dnis Decano & Capitulo „ aut eorum subjectis quomodolibet detrahendo „ juxtà omnem dicte constitutionis tenorem sub „ penis in eadem contentis.

„ Preterea

„ Preterea circà articulum de audiendis con- Anno 1514.
„ fessionibus sint ipsi fratres attenti ad hoc officium
„ & salubre ministerium exercendum, ut deputent
„ seu eligant viros doctos & ydoneos pro con- 3. Circà Confessariorum admissionem
„ fessionibus hujusmodi audiendis juxtà tenorem
„ dicte constitutionis; ac illos sic electos EPIS-
„ COPO ac prefatis Dominis DECANO & CA-
„ PITULO presentent. Ipsique sic deputati & elec-
„ ti, presentati & admissi in confessionibus
„ hujusmodi audiendis servabunt dictam consti-
„ tutionem *Religiosi*. Itaque potestate clavi-
„ um non abutantur, nè in casibus eis non
„ concessis à Sede apostolica vel Ordinario pa-
„ rochianos absolvant. Habebunt nichilominus
„ iidem etiam electi & presentati & admissi aut
„ eorum Superior fidem facere ipsis dominis
„ Decano & Capitulo de potestate absolvendi
„ in casibus reservatis eis concessa, priusquàm
„ officium hujusmodi exercebunt.

„ Item quod de fratribus dicte domûs sic, Circa numerum eorum.
„ ut prefertur, deputatis & electis & prefato
„ Dno Episcopo pro tempore existenti presenta-
„ tis, & per eum ad audiendas confessiones infrà
„ suas civitatem & diocesim admissis juxtà for-
„ mam Clementine *Dudum* de sepulturis, tres
„ dumtaxat & non plures poterunt audire con-
„ fessiones eorum, qui sunt de parochia ma-
„ tricis ecclesie & filiarum ejus, ad ipsos Fra-
„ tres venientium, eosque absolvere ac peniten-
„ tias eisdem salutares injungere: salvo si au-
„ geatur notabiliter populus in Antwerpia,
„ juxtà hoc moderabitur numerus admittendo-
„ rum ad audientiam confessionum.

„ Tenebuntur etiam & erunt astricti fratres predic-
„ ti illos tres singulis annis in principio Adven- Et Annuam eorum nominationem D.D. de Capitulo.
„ tûs Domini prefatis Dnis Decano & Capitulo
„ nominare. Quod si contingat aliquem ipso-
„ rum trium decedere vel à loco recedere aut

Anno 1514. ,, aliàs legitimè impediri, tunc in locum illius; ,, si fratres ipsi alium velint habere, illum debent ,, eisdem Dnis Decano & Capitulo de novo ,, nominare.

Tempus audiendi Confessiones.

,, Item quod ipsi sic electi & admissi predictum officium audiendarum confessionum infra ,, missarum & aliorum divinorum solemnia in ,, dicta matrice ecclesia & filiabus ejus diebus ,, dominicis ac precipuis festivitatibus celebranda, nullatenus exercebunt; nisi casus arduus & summè necessarius salutis alicujus ex ,, causa infirmitatis vel subitanii doloris emerserit, vel actus Sacramentalis hujusmodi ante ,, ipsa divina officia inchoatus fuerit aut aliâ ,, justâ causâ dispendiosum esset saluti ipsius ,, confessuri audientiam ipsam confessionis deferre, cujus confessionem audire tunc poterunt seorsum & ad partem in loco ab eorum ,, sede abstracto.

Monitiones in illis faciendæ.

,, Item quod iidem electi, & ut prefertur admissi, in confessionibus ipsis dictos parochianos ,, pro viribus inducent, instruent & informabunt juxta formam constitutionis *Cupientes*, ,, ut Ecclesiis prefatis de omnibus & singulis ,, juribus, decimis & oblationibus integrè satisfaciant: nec non legata Ecclesiis & ecclesiasticis personis relicta persolvant; nec illa aut ,, aliàs injustè ablata in suos vel dicte eorum ,, domûs usus ipsi fratres quovis modo convertant, aut converti facere procurabunt, juxta constitutionem *Religiosi* superiùs allegatam.

,, Pariformiter sepedicti electi & admissi diligenter attendant nè sibi confitentes à legatis ,, vel donationibus aliis quibuscumque matrici ,, Ecclesie aut filiabus ejus seu etiam prefatis ,, Dnis Decano & Capitulo faciendis quomodolibet retrahant, immò potiùs eos ad hoc,

,, quan-

„ quantum in eis fuerit, inducere studeant. Anno 1514.

„ Subsequenter verò circà articulum de corporibus seu cadaveribus Parochianorum, peregrinorum & advenarum infra limites seu terminos matricis & aliarum Ecclesiarum filiarum ejus predictarum pro tempore decedentium, sint ipsi fratres similiter attenti, ut corpora seu cadavera illorum ad sepulturam non admittant; nisi decedentes ipsi in vita sepulturam hujusmodi apud ipsos vel eorum monasterium legitimè elegerint. De qua electione fidem faciant prefatis Dnis Decano & Capitulo aut pro tempore eorum deputatis. 4 Circà sepulturam.

„ Nec aliquem ad eligendum apud eos sepulturam hujusmodi inducent, aut per alium seu alios induci quomodolibet procurabunt publicè vel occultè, directè vel indirectè quovis quesito ingenio vel colore. Ipsique fratres hujusmodi corpora aliàs sepelientes sine & absque licentia prefatorum Drum Decani & Capituli desuper petita & obstenta, tenebuntur corpora ipsa exhumare, illaque eisdem Dnis Decano & Capitulo sepelienda restituere, si id petierint. Idem quoque erit si fratres ipsi circà jus sepulture constitutionem *Dudum* ac constitutionem *Cupientes* ac alias circà hoc editas constitutiones non servaverint in toto & in qualibet minima earum parte; quo casu subjacebunt penis in eisdem constitutionibus contentis, ac ultrà illas centum florenorum de Florentia totiens quotiens contravenerint, prefatis Dnis Decano & Capitulo irremissibiliter applicandorum.

„ Item si contigerit aliquem, qui sepulturam suam apud fratres prefatos in vita sua duxerit eligendam, apud ipsos fratres sepeliri, defertur Modus deferendi Corpus sepeliendum apud fratres.

Anno 1514. „ feretur corpus talis defuncti immediatè ad dic„ tum monasterium, clero dicte Ecclesie defunc„ ti corpus associante & quatuor ex fratribus „ antedictis in signum electionis sepulture apud „ eos facte comitantibus, donec universaliter „ inter dictos Dnum *Decanum* & *Capitulum* ac „ *Conventum* intrà dictum Opidum jam degen„ tes aliter fuerit ordinatum.

Circà obvenientia in Exequiis.

„ Exequie autem talis defuncti nec non sep„ tenarium, tricenarium & anniversarium apud „ dictos fratres poterunt celebrari : salvâ pre„ fatis Dnis Decano & Capitulo medietate om„ nium & singulorum vestium seu pannorum, „ sericorum & non sericorum, equorum, „ vaccharum, ovium & aliorum animalium, „ nec non oblationum & cere & quarumcum„ que aliarum rerum, quibuscumque nomini„ bus nuncupentur, in exequiis, septenariis, „ tricenariis & anniversariis hujusmodi ratione „ funeris quomodocumque vel qualitercumque „ advenientium.

„ Nullo tamen modo licebit dictis fratribus „ de & super juribus & emolumentis funerali„ bus hujusmodi cum heredibus talis defunc„ ti vel ejus testamenti executionibus compone„ re : sed si de illis ipsi Dni Decanus & Ca„ pitulum compositionem duxerint faciendam, „ illius dicti fratres habebunt medietatem.

„ Et si forsan contingeret aliquem ex heredibus vel „ executoribus predictis eorum, qui apud dic„ tos fratres elegerint sepulturam, exequias, „ septenarium, tricenarium, seu anniversarium „ hujusmodi fieri facere negligere vel non curare „ aut recusare, eo casu premissa fieri facere „ negligentes vel recusantes ad ea fieri facien„ dum compelletur & cogetur viis & remediis „ juris. Et si fratres velint participare de emo„ lumentis ratione servitii vel compositionis ob-

„ venientibus

„ obvenientibus debebunt contribuere etiam ad Anno
„ expensas medietatem; salvo semper in omni- 1514.
„ bus predictis jure fabrice matricis eccle-
„ sie, si quod ei ratione sepulture compe-
„ tat.

„ Simili modo iidem Dni Decanus & Capitu- 5. Circà Legata Fratribus relicta.
„ lum de omnibus & singulis Fratribus antedic-
„ tis quomodolibet legatis, relictis, datis &
„ donatis causâ mortis, sive in infirmitate sive
„ in morte, ab eis, qui eligentes apud eos se-
„ pulti fuerint, in quibuscumque rebus con-
„ sistant & ad quoscumque usus etiam certos &
„ determinatos sive pro ipsis fratribus ad opus
„ pitantie eorum, aut pro eorum fabricâ vel aliis
„ edificiis seu etiam pro ornamentis, libris,
„ calicibus, luminaribus seu aliàs quomodo-
„ cumque qualitercumque legata, relicta, data
„ vel donata fuerint, quartam partem habebunt
„ & habere debebunt. Quod quidem legatum
„ vel donatum tenebuntur fratres fide mediâ in-
„ trà octo dies post decessum ipsius defuncti,
„ apud eos sepulti, dictis Decano & Capitulo
„ cum bona specificatione seu declaratione inti-
„ mare, & veram quartam partem eis suo tem-
„ pore ad arbitrium Dominorum consignare &
„ cum effectu deliberare.

„ Item iidem fratres factioni seu ordinationi quo- 6. Circà præsentiam in confectione testamentorum.
„ rumcumque Codicillorum, Testamentorum seu
„ ultimarum voluntatum quorumcumque testan-
„ tium decedentiumve vel infirmorum, quos eos
„ continget in futurum visitare, nullatenùs inter-
„ erunt seu interesse poterunt, nisi primò
„ vocato Plebano dicte Ecclesie vel ejus Sub-
„ plebano seu vicegerenti, eoque presente &
„ interessente, qui vultum pecoris sui habebit
„ intueri ac de vita & moribus ejusdem diligenter
„ inquirere; nisi ob periculum ex mora id
„ fieri non posset, vel testator ad testandum
„ coram

Anno 1514.

„ coram aliquo illorum omninò induci non
„ posset.

„ Item quod fratres ipsi in observatione Interdicti vel cessus, quavis ex causâ pro tempore positi vel ponendi, prefate matrici ecclesie se conformabunt juxtà formam constitutionis *Ex frequentibus* de sententia excommunicationis in Clementinis ad unguem & sub penis inibi contentis. Si tamen facultatem ex privilegio Apostolico pretenderint, personas aliquas posse admittere, januis clausis poterunt illo moderatè uti, postquam Dnis de Capitulo exhibuerint.

7. Circà tempus Interdicti.

„ Item circà missas celebrandas & legendas in dictorum fratrum ecclesia, fratres ipsi tenebuntur servare ordinem, ut nullam legi vel cantari permittant nisi prima missa inchoata fuerit in matrice Ecclesia. Salvo quod itineraturi poterunt januis clausis, non pulsatis campanis & laïcis exclusis missas celebrare.

8. Circà celebrationem missarum.

„ Caveant etiam ipsi fratres nè extrà eorum ecclesiam missam pro quocumque celebrent infra dictum Opidum seu infra ejus districtum, in domibus laïcorum vel aliis domibus ac locis privatis, nisi primitùs ad hoc presentati & nominati fuerint prefatis Dnis Decano & Capitulo per fratres antedictos, & per dictos Dnos Decanum & Capitulum admissi. Nec poterunt dicti Fratres plures quàm duos predictis Decano & Capitulo & semel in anno presentare.

„ Pari modo fratres predicti non facient Processiones aliquas solempnes, convocato ad hoc populo, infrà vel extrà septa dicti eorum monasterii, absque speciali licentia dictorum Drum Decani & Capituli desuper petitâ & obtentâ, preter illas processiones, quas dictorum

9. Circà Processiones.

„ torum fratrum Ordo statuit, ordinavit, & „ agere infrà septa consuevit, & ad quas ratione „ Ordinis & non aliàs obligantur. Salvo quod „ in die beati Augustini & dedicationis ecclesie „ eorumdem fratrum poterunt ipsi fratres po„ pulum ad processionem infrà eorum septa fa„ ciendam convocare, licentia dictorum Drum „ Decani & Capituli minimè petitâ. Vocati au„ tem per ipsos Dnos Decanum & Capitulum „ ad Processiones pro tempore faciendas antedic„ ti fratres illis interesse tenebuntur & erunt „ astricti.

Anno 1514.

„ Item quod infrà septa vel distrctum dic„ ti monasterii nullas mercantias fieri vel exer„ ceri, aut res aliquas venales ibidem poni & „ venditioni exponi supradicti fratres aliquate„ nùs permittent. Et si secùs egerint, omnia & „ singula emolumenta exinde provenientia ex „ tunc cedent integraliter fabrice matricis Eccle„ sie antedicte sine & absque contradictione „ quacumque.

10. Circà Mercantias.

„ Item quod sepedicti fratres de & pro cen„ su fundi ad dictum monasterium applicati ac „ domorum & possessionum imposterum forsan „ ad ipsum monasterium applicandorum, sol„ vent prefatis Dnis Decano & Capitulo censum „ hujusmodi ex domibus ipsis solvi ab olim „ solitum & consuetum. Sed nè ipsi Dni De„ nus & Capitulum aut etiam Capellani dic„ te ecclesie & pro tempore existentes & futuri, „ ex quo conventus dicti monasterii est immor„ talis, in receptione & assecutione hujusmodi „ census quomodolibet defraudentur, dabunt „ & nominabunt ipsi fratres eisdem Dnis Deca„ no & Capitulo ac Capellanis homines morta„ les, quibus mortuis solvent predicti fratres „ Dnis Decano & Capitulo ac Capellanis pro „ illo anno de & ex dictis fundis, domibus &

11. Circà pre existentes Census super fundo monasterii.

„ posses-

Anno 1514.

„ possessionibus hujusmodi duplicem censum ; „ nominando tunc loco defunctorum alios homines „ mortales usque in perpetuum.

12. Census novus solvendus Capitulo

„ Item nè ex admissione hujusmodi conventus „ prefati Dni Decanus & Capitulum dispendium „ in sepulturis & aliis patiantur, solvent dicti „ fratres singulis annis in festo Pasche ipsis Dnis „ Decano & Capitulo seu eorundem Recep„ tori nomine ipsorum unam unciam ar„ genti.

13. Celebranda pro Capitulo annuè missa de S. Spiritu.

„ Item ut mutua caritas inter ipsos Dnos „ Decanum & Capitulum & Fratres prefatos „ perpetuò servetur, concordatum est, quod „ predicti fratres pro felici prospero votivoque „ successu ipsorum Drum Decani & Capituli „ pro tempore existentium perpetuis futuris tem„ poribus annis singulis feriâ secundâ post fes„ tum Venerabilis Sacramenti unam missam de „ Spiritu sancto solempniter celebrabunt ; &

14. Item exequiæ pro singulis Canonicis.

„ pro Canonico in dicta ecclesia pro tempore „ residente & apud ecclesiam ipsam decedente „ peragent exequias solempnes cum Vigiliis no„ vem Lectionum & Missa defunctorum, prout „ & quemadmodum pro Priore alicujus ex mo„ nasteriis eorum peragere soliti sunt, ad om„ ne longiùs infra octo dies decessum hujus„ modi immediatè sequentes, & postquam de„ cessus ipse eis intimatus fuerit.

Anniversarium solempne pro toto Capitulo.

„ Nec non unum anniversarium solempne „ simul cum vigiliis novem Lectionum & missâ „ defunctorum prò omnibus Canonicis hactenùs „ defunctis & decessuris in futurum anno quo„ libet feriâ secundâ post octavas omnium Sanc„ torum ; nisi tunc solempne aliquod festum im„ pedierit illud, quo casu feriâ tunc proximè „ sequente illud supplebunt ; & quod jam dic„ tis feriis respectivè pro tempore occurrentibus, „ de officio hujusmodi, per eos pro tempore

„ celebran-

„ celebrando, & horâ quâ celebrabitur, sepedic- Anno
„ tos Dnos Decanum seu Vicedecanum & Ca- 1514.
„ pitulum pro tempore existentes die immediatè
„ singulas ferias easdem precedente preconisa-
„ bunt, ut si eis placuerit, illi possint inter-
„ esse.

„ Item intervenientibus dictis Dno *Cancellario* Procurandâ
„ & Dno *Decano* Lovaniensi conceptum est & approbatio
„ sub beneplacito utriusque partis ordinatum, quod Concordati
„ hanc concordiam in omnibus suis clausulis, punc- per Pontifi-
„ tis & articulis facient dictus Prior & conven- cem & vica-
„ tus novellus augustinensis approbari, rati- rium Ordinis
„ ficari & confirmari per Vicarium generalem
„ conventuum reformatorum congregationis Al-
„ manie, ac etiam per Sedem apostolicam in-
„ trà spatium sex mensium à fine mensis julii
„ currentis; cum conditione & pacto, quod
„ nisi intrà primos tres menses docuerint apud
„ dictos Dnos de Capitulo beate Marie Antwer-
„ piensis de signatura supplicationis obtente su-
„ per approbatione, ratificatione & confirma-
„ tione punctorum, articulorum & pactorum
„ predictorum per copiam aucenticam de ma-
„ nu Dni Prepositi *de Enckevoirt* vel alicujus
„ notarii de sua familia, tenebuntur dicti fra-
„ tres Prior & conventus cessare à sermonibus
„ & divinorum celebratione, nisi quantùm us-
„ que nunc eis fuit permissum ex ordinatione
„ commissariorum Illustrissimi Principis & Con-
„ cilii Brabantie; & quod ad hoc sint obli-
„ gati & astricti tenebuntur in sermonibus de-
„ nunciare populo tam planè & frequenter,
„ quod in defectum dicte assecutionis seu exhi-
„ bitionis copie aucentice supplicationis, de
„ qua suprà, nullum immineat ex intermissio-
„ ne vel cessatione à divinis in populo scanda-
„ lum vel notabile murmur: & ex tunc cessa-
„ bunt, donec Bullam exhibuerint intra dic-

„ tos

Anno 1514.

„ tos sex menses. Quod si in illo defecerint; „ stabunt arbitrio Dominorum *Cancellarii* & *De-* „ *cani* Lovaniensis predictorum de dimittendo „ locum vel non. Et procurabunt hec dicti „ Prior & conventus suis impensis sine onere „ seu gravamine dictorum Dominorum de Capitulo.

Annuè Fratribus hoc Concordatum publicandum.

„ Premissaque omnia & singula capitula & „ puncta Prior pro tempore dicti monasterii in „ sua assumptione seu electione & admissione „ in presentia prefatorum Drum Decani & Ca- „ pituli pro tempore existentium, seu per eos „ deputandorum, promittet bonâ fide perpetuò „ firmiter & inviolabiliter observare; eaque „ annis singulis conventui & Fratribus ejusdem, „ etiam pro tempore existentibus, de novo in- „ sinuare & publicare: ita & taliter, quod „ nullus Fratrum predictorum ignorantiam pre- „ dictorum pretendere possit seu etiam quomo- „ dolibet allegare.

Fratres præsentes promittent hæc observare.

„ Ipsique etiam Fratres, pro nunc in dic- „ to conventu existentes, pro se & successori- „ bus suis promittent, omnia & singula pre- „ missa puncta perpetuò, & inconcussè observa- „ re & intertenere sub penis privationis & sus- „ pensionis ab actibus predicationis & auditionis „ confessionis per mensem, aut donec emen- „ dam fecerint prefatis Dnis Decano & Capitu- „ lo sufficientem atque condignam, preter & „ ultrà penas in jure contentas; dolo & frau- „ de in premissis seclusis penitùs & amotis.

„ Acta fuerunt hec mensis julii die vigesimâ „ anno Dni millesimo quingentesimo decimo „ quarto in Cancellaria Brabantie, presentibus „ ibidem honorabilibus ac discretis Viris Domi- „ nis & Magistris *Johanne Loemel* utriusque ju- „ ris Licentiato, & *Wilhelmo Hedâ* Preposito „ Arnhemensi ac Decano Ecclesie sancti Johannis „ Trajectensis."

Cum

Cum autem concordatum hoc non nisi per deputatos confectum esset; necesse erat, ut acceptaretur à Canonicis capitulariter congregatis, & à Fratribus congregatis conventualiter. Itaque ad Capitulum congregatum in loco Capitulari 22. julii venit ADRIANUS FLORENTII prædictus, qui collaboraverat in confectione concordati, cum duobus Notariis, requirens, ut Canonici conceptum concordatum acceptarent, quod & fecerunt. Dein cum iisdem Notariis & duobus deputatis Capituli ivit ADRIANUS ad novellum conventum Augustinianorum, ibique prælectum concordatum Fratres unanimiter acceptârunt & observare promiserunt; & desuper factus est Actus notarialis, quem ex supradicta Bulla LEONIS PP. X. hic subjungo.

Anno 1514.

Concordatum hoc proponitur acceptandum Capitulo & Conventui.

Ex Archivis Capituli.

„IN NOMINE Domini amen. Noverint „universi & singuli presens publicum instru„mentum inspecturi, lecturi pariter & audi„turi, quod anno à Nativitate Domini mil„lesimo quingentesimo quarto-decimo, Indic„tione secundâ, die verò vigesimo secundo „mensis julii, Pontificatûs sanctissimi in „Christo Patris & Dni nostri Dni LEONIS „PP. X. anno secundo, coram Venerabilibus „& circumspectis Viris Dnis & magistris THEO„DRICO DE HUWAGHEN pro nunc Vice-decano „& Presidente, & *Nicolao Duterne* & *Nicolao Bal„deuini* & *Livino Nilis* Scolastico & *Richardo du „Bacquehot* & *Johanne Kant* & *Hadriano Josep* & „*Johanne de Berchem* Canonicis Ecclesiè beate „Marie Opidi Antwerpiensis Cameracensis Dio„cesis, capitulariter congregatis & Capitulum „ipsius Ecclesię facientibus & representantibus, „in nostra Notariorum publicorum & testium „infrà scriptorum, ad hoc vocatorum specia„liter & rogatorum, presentiâ, personaliter

„ consti-

Anno 1514. „ constitutus Venerabilis, circumspectus & egre-
„ gius Vir Dnus & Magister noster ADRIANUS
„ FLORENTII de Trajecto, Prepositus Ecclesie
„ sancti salvatoris Trajectensis & Decanus sanc-
„ ti Petri Opidi Lovaniensis Leodiensis Diocesis
„ Ecclesiarum, sacre Theologie Magister, Se-
„ renissimi *Hispaniarum* Principis ac *Austrie*
„ Archiducis &c. Pedagogus ac Consiliarius,
„ dicens; narrans & exponens in effectu,
„ quod ortâ dudum questionis materia seu lite
„ inter Venerabiles & circumspectos viros &
„ Dnos *Decanum* seu Vice-decanum & *Capitu-*
„ *lum* dicte Ecclesie beate Marie Antwerpiensis
„ ex una; & Religiosos viros Patres & Dnos
„ *Johannem Mechlune de Osbach* aliàs *Raten*
„ sacre Theologie professorem Priorem & alios
„ Fratres *Conventûs* fratrum Heremitarum Or-
„ dinis sancti Augustini de novo erecti Antwer-
„ pie eorumque litis-consortes; de & super
„ erectione nove plantationis seu novelli mo-
„ nasterii sive Conventûs fratrum *Heremitarum*
„ *de Observantia* nuncupatorum, dicti Ordinis
„ infrâ muros dicti Opidi, & illius occasione
„ partibus ex altera. Tandem, intervenientibus
„ & vices suas ad concordiâm interponentibus
„ magnifico viro & preclarissimo Equite aurato
„ Domino JOANNE SAUVAGE Cancellario Bra-
„ bantie, & prefato Dno & magistro nostro
„ ADRIANO, sopite & decise fuerunt omnes dif-
„ ferentie & questionum materie, prout in
„ quadam papiri cedula, quam ibidem dic-
„ tus Dnus & Magister noster per me *Joan-*
„ *nem de Belchnelz* notarium infrascriptum
„ publicè legi commisit & mandavit, & quam
„ de commissione & mandato hujusmodi coram
„ dictis Dnis Vice-decano seu Preside ac Ca-
„ nicis & Capitulo ego idem *Johannes* ibidem
„ publicè altâ & intelligibili voce perlegi, cujus

„ tenor

„ tenor de verbo ad verbum sequitur & est Anno
„ talis. 1514.

„ IN NOMINE Domini amen. &c. *ut suprà.*
„ *pag.* 288.

Acceptatur per Capitulum.

„ Quâ quidem cedulâ sic, ut premittitur, „ lectâ, &, ut apparebat, intellectâ, dictus „ Dominus & Magister noster ADRIANUS Pre„ positus & Decanus prefatos Dominos *Vice-deca*„ *num* seu Presidentem ac *Capitulum*, an dic„ tam concordiam & pacta, conventiones, „ ordinationes & capitula contenta in dicta ce„ dula acceptare, ratificare & approbare ve„ lint requisivit. Ex tunc iidem Dni *Vice-deca*„ *nus* seu Presidens ac *Capitulum*, habito priùs, „ ut apparebat, super hiis maturo consilio, „ non coacti, non seducti, neque aliquâ „ sinistrâ machinatione circumventi, sed spon„ te & ex eorum certis scientiis ac spontaneis „ voluntatibus, omnibus melioribus modo, „ viâ, jure, causâ & formâ, quibus me„ liùs & efficaciùs potuerunt & debuerunt, „ concordiam predictam & pacta, conventio„ nes, ordinationes & capitula, ac omnia & „ singula in dicta cedula contenta acceptârunt, „ ratificârunt, approbârunt & emologârunt, „ ac rata & firma semper perpetuò tenere & „ observare dicto Dno ac magistro nostro „ ADRIANO ibidem presenti, ac nobis Notariis „ publicis infrascriptis tamquam publicis & auc„ tenticis personis, pro dictis Priore & Fratri„ bus, omnibusque & singulis aliis, quorum „ interest, intererit seu interesse poterit quo„ modolibet in futurum, ritè & legitimè sti„ pulantibus & recipientibus, promiserunt sub „ ypotecha & obligatione omnium & singulorum „ suorum & dicte Ecclesie bonorum, mobilium & „ immobilium, presentium & futurorum . . . Acta „ fuerunt hec in dicto loco Capitulari, presentibus . . .

Anno 1514.

„ Quibus sic gestis dictus Dnus ac magister „ noster ADRIANUS Prepositus & cum eo dic„ ti Dni ac magistri *Nicolaus Balduwini* & *Li-* „ *vinus Nilis*, à dictis Dnis Vice-decano & „ Capitulo ad hoc deputati, accesserunt ad dic„ tum noviter edificari inchoatum monasterium, „ seu domum dictorum fratrum Heremitarum „ de Observantia nuncupatorum, & ibidem in „ loco conventuali ejusdem monasterii coram „ venerabilibus & religiosis Viris fratre *Johanne* „ *Mechlune de Osbach* aliàs *Raten* sacre Theo„ logie professore Priore, & fratre *Reynero de* „ *Daventria* Subpriore & cursore, & Fratre „ *Johanne de Duthecum*, & fratre *Augustino* „ *de Eyndoviâ* & fratre *Gregorio de Ghestel* & „ fratre *Joanne de Essendia* & fratre *Gerardo* „ *de Colonia* cursore, & fratre *Adam de Du-* „ *thecum*, omnibus professis dicti Ordinis, & „ totum ipsius novelli monasterii seu domûs „ conventum facientibus & representantibus, „ etiam in nostrâ Notariorum & testium infra„ scriptorum, ad hoc vocatorum specialiter & „ rogatorum, presentiâ per me supradictum „ *Johannem de Belchnelz* Notarium publicè al„ tâ & intelligibili voce etiam legi fecit concor„ diam & papiri cedulam supradictam. Qui„ bus & in illa contentis coram eisdem Dnis „ Priore & conventu sic lectis, & per eosdem „ Dnos Priorem & conventum benè, ut appa„ rebat, intellectis, habitoque etiam priùs, ut „ similiter apparebat, per & inter eosdem „ Dnos Priorem & conventum desuper maturo „ consilio, spontè & ex eorum certis scientiis, „ ad similem dicti Dni & Magistri ADRIANI ... „ requisitionem, hujusmodi sponte ... con„ cordiam supradictam ... acceptârunt ... & il„ la semper ... observare ... promiserunt ... „ Acta fuerunt hec in dicto loco conventua-

Acceptatur à Conventu Augustinianorum.

Primi hujus Conventûs Fratres.

„ li ...

„ li . . . Et ego *Ghysbertus Ludovici* dictus *Hol-* Anno
„ *lander* . . . Notarius . . . Et ego *Johannes de* 1514.
„ *Belchnelz* . . . . Notarius . . . ."

Cum autem unus concordati Articulus haberet, quod fratres intrà sex menses deberent procurare concordati approbationem per Pontificem & Superiorem Ordinis, idque sub maximâ pœnâ; summam diligentiam adhibuerunt ad eam obtinendam: Et jaminde Romæ eam obtinuerunt necdum elapsis duobus mensibus, nempe 12. septembris per Bullam, quam ex originali subjungo.

Augustiniani petunt & obtinent approbationem Concordati.

„ LEO Episcopus servus servorum Dei ad perpetuam rei memoriam. à Pontifice.

Ex Archivis Capituli.

„ Hiis, que concordiâ terminata fuisse dicuntur, nè in recidive contentionis scrupulum relabantur, sed firma perpetuò & illibata persistant, libenter, cum à nobis petitur apostolici adjicimus muniminis firmitatem.

„ Sanè pro parte dilectorum filiorum VICE-DECANI & CAPITULI, ac Magistrorum WILHELMI DE ENCKENVOIRT & JOHANNIS DE BEKA Scriptorum cubicularium & familiarium nostrorum, Canonicorum Ecclesie beate Marie Opidi Antwerpiensis Cameracensis Diocesis, nec non *Prioris* & *Fratrum* domûs Ordinis fratrum *Heremitarum sancti Augustini de Observantia* nuncupatorum dicti Opidi, Nobis nuper exhibita petitio continebat: quod cum aliàs inter tunc Decanum dicte Ecclesie & prefatos Vice-decanum & Capitulum, ac Priorem & Fratres eorumque Litis-consortes super dictâ domo noviter infrà limites Parochie dicte Ecclesie, que etiam Parochialis existit, constructâ, & ejus occasione lis seu questionis materia exorta fuisset: dicte partes cupientes litium an-

V 2 „ frac-

Anno 1514. „ fractus amputare ac laboribus & expensis para„ cere, pacemque & concordiam inter eos „ jungere, intervenientibus ad id dilectis filiis „ ADRIANO FLORENTII de Trajecto, Preposi„ to Ecclesie sancti Salvatoris Trajectensis, „ magistro in Theologia, dilecti filii nobilis „ viri CAROLI principis Hispaniarum & Ar„ chiducis Austrie Pedagogo & Consiliario; ac „ nobili viro JOHANNE SAUVAIGE equite aurato „ Cancellario Brabantie, ad certam inter se „ concordiam & compositionem devenerunt, „ prout in instrumento publico desuper confec„ to, cujus tenorem in Cancellaria apostolica „ diligenter inspici, & omissis caracteribus & „ signis Notariorum inde rogatorum de verbo ad „ verbum presentibus inseri fecimus, plenius „ continetur.

„ Pro parte *Vice-decani*, *Capituli*, *Wil„ helmi* & *Johannis*, ac *Prioris* & *Fratrum* „ predictorum Nobis fuit humiliter supplicatum, „ ut Concordie & compositioni predictis, pro „ earum subsistentiâ firmiori, robur apostolice „ confirmationis adjicere ac aliàs in premissis „ oportunè providere de benignitate apostolica „ dignaremur.

„ Nos igitur... hujusmodi supplicationibus „ inclinati, Concordiam & compositionem pre„ dictas, & prout illas concernunt, omnia & „ singula in dicto instrumento contenta & inde „ secuta quecumque, auctoritate apostolicâ te„ nore presentium approbamus & confirmamus, ac „ presentis scripti patrocinio communimus: ac „ partes predictas hinc inde ad illorum omnium „ observationem perpetuò fore efficaciter obliga„ tas, & ad illa observandum etiam per cen„ suras ecclesiasticas compelli posse & debere.

„ Nec non irritum & inane, si secùs super „ hiis à quoquam quâvis auctoritate scienter vel

„ igno-

„ ignoranter contigerit attemptari , decernimus; Anno
„ supplentes omnes & singulos defectus , si qui 1514.
„ forsan intervenerint in eisdem. Non obstanti-
„ bus constitutionibus ... ceterisque contrariis
„ quibuscumque. Tenor verò dicti instumenti
„ sequitur & est talis.

„ IN NOMINE Domini amen &c. *ut* „ *suprà. pag.* 288.

„ Nulli ergo omnino hominum ... Datum „ Rome apud sanctum Petrum anno incarnatio- „ nis Dominice millesimo quingentesimo quarto- „ decimo pridie idus septembris, Pontificatûs „ nostri anno secundo."

Eodem die idem Pontifex commisit Abbati S. Michaëlis & Decanis S. Petri Lovanii & S. Rumoldi Mechliniæ, ut Bullam hanc executioni mandent & contradictores per censuras ecclesiasticas compescant per Litteras , quas ex originali subjungo.

Pontificium mandatum ad executioni mandandum concordatum

Ex Archivis Capituli.

„ LEO Episcopus servus servorum Dei dilec- „ tis filiis Abbati monasterii sancti Michaëlis „ Antwerpiensis , & sancti Petri Lovaniensis ac „ sancti Rumuldi Mechliniensis Cameracensis & „ Leodiensis diocesium Ecclesiarum Decanis sa- „ lutem & apostolicam benedictionem.

„ Hodie certas concordiam & compositio- „ nem , in quodam instrumento publico desu- „ per conscripto contentas , per alias nostras „ Litteras , in quibus tenor dicti instrumenti „ insertus est , approbavimus , & confirmavimus , „ prout in illis pleniùs continetur.

„ Quocircà discretioni vestre per apostolica „ scripta mandamus , quatenùs vos vel duo „ aut unus vestrum , si & postquam dicte Lit- „ tere vobis presentate fuerint , per vos vel „ alium seu alios , premissa ubi , quando „ & quotiens expedire cognoveritis , fueritisque „ desuper pro parte dilectorum filiorum *Vice-*

Anno 1514. „ *decani* & *Capituli*, ac magistrorum *Wilhelmi* „ *de Enckenvoirt* & *Joannis de Beka* Scripto-„ rum cubicularium & familiarium nostrorum, „ Canonicorum Ecclesie beate Marie Opidi „ Antwerpiensis Cameracensis diocesis, nec non „ *Prioris* & *Fratrum* domûs Ordinis fratrum He-„ remitarum sancti Augustini de observantia „ nuncupatorum dicti Opidi, vel alicujus eo-„ rum legitimè requisiti, solempniter publican-„ tes, eisque in premissis efficacis defensionis „ presidio assistentes, faciatis auctoritate nostra „ compositionem & concordiam predictas, cum „ omnibus & singulis in eis contentis clausulis, „ & inde secuta quecumque perpetuis futuris „ temporibus inviolabiliter observari. Non per-„ mittentes unam partium per aliam & è con-„ trà, seu per quoscumque alios desuper quo-„ modolibet indebitè impediri, molestari, vel „ perturbari: contradictores per censuram ec-„ clesiasticam, appellatione postpositâ, com-„ pescendo; invocato etiam ad hoc, si opus „ fuerit, auxilio brachii secularis. Et nichilo-„ minus illos, quos censuras & penas hujus-„ modi incurisse constiterit, excommunicatos „ publicè nuntietis; ac legitimis super hiis ha-„ bendis servatis processibus, eos, quos „ sententias & censuras predictas, per vos pro „ tempore latas, etiam incurrisse constiterit, „ quotiens opus fuerit, iteratis vicibus aggra-„ vare curetis. Non obstantibus omnibus, que „ in dictis Litteris voluimus non obsta-„ re...

„ Datum Rome apud sanctum Petrum „ anno Incarnationis Dominice millesimo quin-„ gentesimo quarto-decimo pridie idus sep-„ tembris, Pontificatûs nostri anno secun-„ do. „

Mensa,

Mense sequenti demùm obtinuerunt Fratres approbationem concordati per Vicarium generalem Ordinis, qui Antverpiæ existens 2. octobris Litteras suas desuper dedit. Originales vidi & asservantur in Archivis Capituli. In illis autem sic se inscribit Generalis ille: *Johannes de Stavopitz sacræ Theologiæ Professor, Ordinis Fratrum Heremitarum sancti Augustini, privilegiatæ Congregationis per Almaniam auctoritate Apostolicâ Vicarius generalis.* Est autem hic idem, qui ab aliquibus scribitur *Staupitius*, *Staupitz* vel *Stupitz*, & qui post tres annos processum & theses *Lutheri* contrà publicationem Indulgentiarum approbavit, & videns dein quæstiones nimium effervescere decessit in Angliam, ubi obiit Abbas anno 1525.

Anno 1514.

Vicarius generalis Ordinis approbat concordatum

Quis ille.

Sic itaque Augustiniani de Observantia tandem post multas difficultates & lites Antverpiæ admissi sunt, brevi expellendi per ipsosmet qui plurimùm ad ipsos introducendos laboraverant, ut infrà dicetur.

Cum autem monasterium hoc sic admissum esset & undique confirmatum, *Joan. van Loeveren* fundavit in eo missam quotidianam, redditusque eum in finem tradidit in manus primi Prioris *Joannis de Osbach* per Litteras scabinales desuper confectas anno 1515., quæ hucusque adservantur in Archivis parochiæ S. Andreæ.

Missa quotidiana fundatur apud Augustinianos.

Deinceps, cum fratres plures fundos acquisivissent pro dilatatione monasterii, & Capella ædificata in primo suo fundo parva nimis esset pro completo monasterio, cœperunt ædificare novam & amplam Ecclesiam, quam non consummàrunt, estque anterior pars Parochialis Ecclesiæ S. Andreæ usque ad crucem, ut constat ex infrà referendis.

Ædificant novam Ecclesiam.

Anno 1514. Ortâ nuper difficultate inter Senatum Antverpiensem & Officiales Episcopi Cameracensis circà jus Asyli, seu formam extrahendi reos è loco sacro, & circà judicium ferendum, an quis privilegio Asyli gaudeat: Episcopus ad requisitionem Senatûs hoc decretum desuper fecit ult. may 1514.

Quæstio circà jus Asyli.

Terminatur per Episcopum.

„VISA & auditâ apud reverendissimum in „Christo Patrem, magnum & potentem Do„minum JACOBUM CROY Episcopum & Ducem „Cameracensem &c. certâ petitione, postula„tione & requisitione ex parte CONSULUM, „SCABINORUM & CONSILIARIORUM Civitatis „Antverpiensis, coram ejus VICARIO Bruxel„lis residente, inferiùs relatâ, per eundem „reverendum Dominum, licèt ad cavendum „omnia litigia, dissensiones & lites, quæ im„posterum ratione hujus oriri possent inter præ„fatam Civitatem & suum Officialem; & „ut servetur, prout hactenùs servata fuit, „amicitia mutua & concordia: concedantur „præfatis CONSULIBUS, SCABINIS & CONSI„LIARIIS articuli & puncta requisita, modo & „tenore, prout hic infrà sequitur.

„Primo; quoad veniam seu facultatem re„quisitam ad hoc, ut ex locis sacris, Tem„plis, cœmiteriis & aliis, quæ in prædicta „Civitate & circumcircà immunitate gaudent, „extrahantur rei aliqui & malefactores, qui „magna graviaque commiserunt crimina, salvò „quod *Landecanum* priùs plenè informassent „de præfatis criminibus ac flagitiis, atque hoc „ut satisfiat populo; qui facilè clamat contrà „omnes tum ecclesiasticos tum sæculares justi„tiæ administros: & etiam, ut quoad si„miles reos justitia exerceatur, præfatus „Dominus Cameracensis, quantum in se „est, consentit, ut præfatorum Ant-

„ver-

„ verpiensium postulato hac ratione fiat „ satis. Anno 1514.

„ Scilicèt, si quando malefactores aliqui ad „ loca sacra & immunitate gaudentia sese rece„ perint, ibidemque permanserint, qui gravia „ adeò perpetraverint flagitia, ut juxtà jus „ scriptum immunitate ecclesiasticâ nec debeant „ nec possint gaudere; tunc qui præfatam Ci„ vitatem pro tempore regunt, loci LANDE„ CANUM vel ejus substitutum statim monere „ poterunt, requirentes eundem, ut cum ip„ sis ad locum, ad quem prædicti malefac„ tores confugerunt, se conferat; ad quod „ nominatus Decanus paratum sese offeret, & „ esse debebit; & ibidem ad eorumdem requi„ sitionem consentiet, ut præfati malefactores „ ex asylo educantur & apprehendantur, atque „ incarcerentur absque magno strepitu; & hoc „ in Carcere Civitatis tamquam prædicto Do„ mino (Officiali) ad tempus concesso. Absque „ eo quod ipsis (malefactoribus) in corpore „ vel in membris mali aliquid vel faciant vel „ fieri permittant; absque eo etiam quod ali„ quod jus aut forma juris contrà ipsos exercea„ tur aut exerceri permittatur, & hoc sub „ pœna excommunicationis & cautione ibi po„ nenda, usque ad tempus quo apud ejus „ Officialem Bruxellensem, aut alium ab ipso „ ad hoc auctoritate præditum, cognitum de„ claratumque fuerit, an præfati malefactores „ præfatâ gaudere debeant immunitate, an „ non; & hæc omnia sumptibus prædictæ Ci„ vitatis.

„ Quod si declararetur, quod gaudeant im„ munitate, tunc captivi isti ad locum, unde „ educti fuerint, reducendi erunt, ibidemque „ relinquendi liberi. Quod si contrarium de„ clararetur, eo non obstante, prædicti cap-

tivi

Anno 1514. „ tivi ad eundem asyli locum reducentur & ibidem præfatus Decanus permittet, ut judex „ secularis istos arripere & abducere possit; „ implorans nihilominùs gratiam pro ipsis „ &c."

Hæc sic relata habemus in *Motivo juris* pro defensione juris Asyli impresso de mandato Archiepiscopi Mechliniensis anno 1700. *pag.* 18.

Item aliæ quæstiones terminantur.

De hoc decreto seu concordato cum Senatu mentionem facit Papebrochius *Annal. MSS. ad hunc annum* ex Epitome Pensionarii, qui summatim refert etiam alia puncta in eo decisa, latiùs relata in Majori papyraceo Registro Civitatis à fol. 126. usque ad fol. 199. Dicitque concordatum esse circà evocationem extrà marchionatum ad Curiam Episcopalem Mechliniam seu Bruxellas; circà Criminosos, qui cessationem à divinis causant; circà stupratores, fornicarios, concubinarios & adulteros, quibus pœnæ pecuniariæ assignantur, quas luere debeant antequam ad sepulturam ecclesiasticam admittantur.

Confraternitas Conceptionis B. M. in S. Georgii.

Papebrochius loco suprà citato refert integras Litteras vicarii Generalis FF. Minorum de Observantia cismosanorum, per quas Confraternitatem Conceptionis B. M. in S. Georgii Antverpiæ admittit ad participationem omnium bonorum operum, per fratres Minores, Sorores S. Claræ & Annuntiatarum sub se constitutos exercendorum & Indulgentiarum à Pontificibus eis concessarum, datas anno 1514. 15. junii. Litteras has dicit exscriptas ex asservatis in Archivis ejusdem Ecclesiæ & duplicatum asservari in Conventu Antverpiensi. Confraternitas hæc subsistit usque in hodiernum diem & cum magna solemnitate quotannis celebrat fes-

tum

tum & Octavam Conceptionis. Ex his colligere datur, Confraternitatem hanc subsistisse ante datas illas Litteras. Anno 1514.

1515. Sub initium anni decimi-quinti seculi hujus CAROLUS AUSTRIACUS Marchio noster, dum incipiebat complere annum ætatis decimum-quintum, à MAXIMILIANO Imperatore avo paterno & tutore emancipatus, à Belgis in Principem est inauguratus. Solemnis hæc inauguratio, cum primùm facta esset Lovanii & fortè alibi, facta est Antverpiæ Dominicâ post Purificationem, *Antwerpsch Cron. pag. 6.*

Carolus inauguratur Marchio.

Vix autem Princeps hic regimen harum Regionum adierat, quin LEO PP. X., volens eum favoribus prosequi, ei concesserit eminentia Privilegia; nempè quod nullus ad dignitates Abbatiales aut quorumcumque monasteriorum regimina per Pontificem seu ejus Legatos aut Nuntios præfici posset, nisi habitis prius per Pontificem intentione & consensu ejus &c. Quodque centum personæ, ejus servitiis & obsequiis insistentes, omnes fructus Beneficiorum ecclesiasticorum, quorumcumque post pontificales majorum, possent percipere in absentiâ (distributionibus quotidianis exceptis) acsi personaliter in illis residerent. Constant hæc ex duabus Bullis desuper datis eodem die, nempe 5. julii 1515., relatis *Dipl. Belg. Tom. III. Part. II. Cap. 167. & 168.*

Pontifex concedit Carolo Privilegia.

1516. Anno decimo sexto die 22. januarii obiit FERDINANDUS Hispaniarum Rex, avus maternus CAROLI Principis nostri, quem per testamentum scripserat hæredem ex asse. Sicut itaque FERDINANDUS rexerat totam Hispaniam, filiâ JOANNA matre CAROLI mente infirmâ, sic CAROLUS noster successit avo in regimine totius Hispaniæ. Et ab hoc tempore (si demas 24. annos

Carolus fit Hispaniarum Rex.

Anno 1516. annos regiminis ALBERTI & ISABELLÆ) Principes nostri fuerunt Reges Hispaniarum usque ad annum 1740., quo obiit CAROLUS VI. Imperator, qui ultimus è domo Austriacâ titulum Regis Hispaniarum tulit usque ad obitum; dum ei in regimine harum regionum successit filia MARIA THERESIA Hungariæ & Bohemiæ Regina &c. coregente conjuge FRANCISCO Lotharingiæ & magno Tusciæ Duce, deinceps anno 1745. electo Romanorum Imperatore. Obiit hic 18. augusti 1765. Illa verò hodieque gloriosè regnat coregente filio JOSEPHO II. Romanorum Imperatore.

Adrianus Florentii Prorex. Cum autem CAROLO non expediret proficisci in Hispaniam nisi pacatis in his regionibus undique hostibus, præmisit illuc *Adrianum Florentii* Decanum S. Petri Lovanii Pedagogum suum, qui cum Cardinali *Ximenes* ibidem nomine suo foret Prorex.

Carolus amortizat Ecclesiasticorum bona. Eodem hoc anno CAROLUS mandat, ut Abbatiæ, Monasteria, aliæque quæcumque piæ domus seu fundationes exhibeant bona acquisita tempore quadraginta annorum immediatè elapsorum, à tempore nempe, quo CAROLUS AUDAX Proavus ejus omnia ecclesiasticorum bona amortizaverat. Paratus autem erat CAROLUS ea omnia amortizare mediante canone trium annorum: sed factâ gratiâ tantum non datum fuit, & omnia amortizavit.

Promittit Epis. Leodiensi duas Abbatias in Brabantia. Interim nè quid sinistri obveniret his regionibus tempore absentiæ, dum tenderet in Hispaniam, fædus inivit CAROLUS cum vicinis, de quo sic Haræus *Annal. Duc. Brab.* Transegerat, inquit, vel iniquis conditionibus cum Franco; fædus illi erat cum Anglo; Dano & Hungaro Sorores collocarat; Gelder latronculus potiùs quàm verus hostis erat. Restabant apud Leodios Marcani proceres, clientelis & ami-

titiis potentes; successeratque *Erardus Marcanus* Joanni Hornano in Præsulatu Leodiensi. Cum his igitur etiam apud Centrones fœdus his legibus firmatur. Refert Haræus verba initi fœderis, ex quibus hæc ad propositum nostrum: „Princeps Præsuli *Erardo* singulis, dum vivet, „annis sex florenorum millia numerato, aut „in Hispania Præsulatum, qui tantum va- „leat, dato, cum duabus in Brabantia Ab- „batiis non minoris proventûs." In vim horum pactorum obtinuit Præsul prædictus Abbatiam S. Michaëlis, ut infrà dicetur. Anno 1516.

Pacificatis dein etiam reliquis hostibus CAROLUS demùm 12. augusti anni sequentis in Hispaniam tendit, feliciqùe navigatione è Zelandia Villa-viciosam apud Astures octo dierum spatiò pervenit. 1517. In Hispaniam tendit.

Vidimus suprà ad annum 1366. fundatum fuisse circà illa tempora Gerontocomium Fratrum cœruleorum (*Blauw-broeders*) extrà portam Vaccarum juxtà monasteria FF. Prædicatorum & Nigrarum Sororum. Domus hæc ampla erat, vivebantque Fratres in ea in communi: habebant enim commune Refectorium, culinam, Braxatorium, Capellam, cubiculum Receptoris & alia necessaria ædificia, & proventus amplos ad honestam sustentationem: ita, ut esset quasi bene ordinatum monasterium. Cum autem proventus diminuti essent, varia jam bona divendita erant, ita ut tandem domus ultrà ordinatè subsistere non posset. Hinc seculi hujus anno decimo-octavo divendita fuit tota domus, emitque eam Thomas Bombelli mercator genuensis; à quo anno sequenti Sorores Nigræ emerunt culinam, braxatorium, Capellam, cubiculum Receptoris & aream longitudinis 80. & latitudinis 42. pedum, eaque 1518. *Blauvv-broeders* transfertur ad *Bredestraet*. Nigræ Sorores Partem domûs incorporant.

Anno 1518. eaque monasterio suo incorporârunt. Sed Capella destructa fuit, cum propriam jaminde haberent Sorores. Reliqua civium domibus appropriata sunt. Constánt hæc ex Litteris Scabinalibus desuper confectis, quas vidi. Gerontocomium autem translatum est ad plateam dictam *Bree-straet* in nova Civitate; ubi adhuc hodie subsistit cum numero sex aut septem decrepitorum; habetque Capellam, in qua divina peraguntur.

Hospitale Nicolai van Stylen. Eodem hoc anno NICOLAUS VAN STYLEN Hospitale fundavit. Extrà mœnia sex mulieribus ædes attribuit, annuumque censum, qualem hæc tempora postulabant. Pòst viginti quatuor annos id est anno 1542. periit sub Rossemio. Areolam deinde, novo exstruendo domicilio in ipsa urbe viâ *de Hof-straet*, emit *Adrianus* NICOLAI nepos anno 1543. In hac Joannes fratresque domum fabricârunt. Ita Scriban. *Orig. Antv. Pag.* 117.

Turris Antverpiensis Architectus. Diximus suprà ad an. 1423. circà illud tempus jacta fuisse fundamenta turris septentrionalis ad portam occidentalem Ecclesiæ nostræ matricis, & octo annis seriùs jacta fuisse fundamenta turris meridionalis ad eandem portam. Architectus, qui ideam illarum & totius Ecclesiæ dedit, ab aliis nominatur *Joannes Amelius* Bononiensis, ab aliis *Petrus Appelmans*; qui Ecclesiam S. Georgii fabricare cœperat.

Quibus mediis constructa. Putat Papebrochius turrim primam inceptam fuisse impensis Ecclesiæ ad ecclesiasticos usus; alteram impensis Civitatis ad usus suos: mutatum autem dein fuisse consilium, quando utrique, fatigati sumptibus statuerunt septentrionalem, jam altiùs evectam, priùs extollere; cujus interim superiori parte uteretur Civitas,

ibidem

ibidem Horologium habitura cum lusu campanario. Credendum tamen potiùs videtur, totum opus tum turrium, tum Ecclesiæ cœptum & perfectum fuisse ex oblatis fidelium, succurrente tamen continuò Civitate ex ære publico, notanter dum oblata voluntaria non sufficiebant. Sic notat idem auctor ad an. 1449. ex testimonio Pensionarii Nys, appellante *Codicem* civitatis *pergamenum fol.* 128. *verso*, Magistratum tunc ad fabricam turris destinasse medium partem pecuniæ per triennium processuræ ex bonis obnoxiis redimendo juri liberi exitûs, quod vocant *Issue-gelt*. Huc etiam spectat, quod ad an. 1429. notat ex Caukerkio, in libris fabricæ marianæ passim inveniri legata testamentaria ad opus promovendum, in quibus fuerint vestes, monilia, zonæ &c., quæ quotannis auctione indictâ vendebantur & summam non contemnendam reddebant; nec non ex pacificationibus discordantium aut controversiis ex debito creditove ambiguo natis, unde bona semper pars assignabatur eidem fabricæ. Anno 1518.

Notat insuper Papebrochius, dici primam *Amelii* Architecti ideam fuisse, ut non tantùm duæ turres erigerentur ad portam occidentalem, sed & tres aliæ ejusdem altitudinis & formæ; una in medio, ubi nunc tholus seu splendida lucerna lignea; una ad portam septentrionalem, & tertia ad portam meridionalem. Quod si verum sit, patet inde pietas propatrum nostrorum in exornandis templis ad splendorem cultûs divini. Sed malignitas temporum obfuit, quominùs ipsorum pii conatus ad effectum ducerentur. Intenta constructio quinque turrium

Interim una saltem, nempè septentrionalis hoc anno 1518. completa fuit, prout adhuc hodie conspicitur. Si tamen completa dici possit, Una completur.

Anno 1518. possit ; nam Papebrochius dicit , quod putetur elevatio una sub piramide prætermissa ; timore nè pars inferior impar esset ferendo oneri. Eam tamen undequaque completam censent Architecti nostri moderni Et certè nulli videretur incompleta ; si piramis , quæ quadrangula est ; foret octogona.

Tempore 96. annorum. Completa itaque fuit post impensos nonaginta sex annos ; quod tempus longum non videbitur consideranti , quod fabricandæ turri Argentinensi impensi sint anni centùm & quinquaginta-quinque , & quod intereà ædificata sit toto anterior Ecclesia cum quibusdam lateralibus Chori.

Crux benedicitur. Crux turri illi imponenda , alta pedes 16. lata 12. cum indice ventorum gallo æneo alto duos pedes & semis , lato tres & semis ; benedicta fuit per Episcopum suffraganeum Cameracensem , cui vel ideo oblatum fuit honorarium , quo super in Rationibus fabricæ hujus anni legitur.

Item betaelt den Wy-Bisschop *van den* Cruyce *op den hoogen* Torre *te Wyden eenen Philippus-gul. synen Capellaen* 12. *Grooten , ende sijnen Cnaepe* 6. *Grooten. t' Samen* 7. *Schell.* 9. *Grooten.*

Turri imponitur. Crux autem hæc turri imposita fuit 1. septembris. Sicque undequaque completa cæteras omnes , inquit Miræus *Chron. Belg. Pag.* 392. ; quotquot in orbe spectantur , elegantiâ superat.

Ejus altitudo. Quantùm ad altitudinem ejus refert Papebrochius , quod Valkenisse ab imo usque ad summum saxeum gradum (nam ad reliqua ligneis scalis ascenditur) pedes 415. , uno triente minùs , censeri dicat. Gradus autem numerari 622. ; ultrà quos saxeum opus , olim inauratum totum , assurgit ad pedes 17. , quibus junctis 18.

cum

cum dimidio Crucis & galli habetur altitudo 450. circiter pedum. Baro Le Roy, qui schema turris illius dedit; ponit pedes 451. cum dimidio. Anno 1519.

Turris meridionalis incompleta mansit usque in hodiernum diem; sed forte ad completionem ducta fuisset, nisi completâ turri unâ satiùs judicatum fuisset, ecclesiam ipsam circum Chorum ampliare cum proportione ad latitudinem anterioris ecclesiæ; quod opus vix inceptum erat; cum anterior ecclesia incendio periit; cui restaurandæ omnia dein impendenda erant. De his turribus plura & latiùs disserit Papebrochius *Annal. MSS. ad annos* 1419. 1429., 1449., 1500. *& hunc* 1518. Meridionalis incompleta mansit.

Suffraganeus, qui prædictam benedictionem Crucis peregit, erat ADRIANUS ARNOUTS Carmelita Brugensis professus 1483. S. T. Doctor Parisiensis ac anno 1517. consecratus Episcopus Rossensis, suffraganeus Cameracensis & in spiritualibus Vicarius. Hic eodem hoc anno 18. febr. apud Carmelitas nostros unum consecravit Altare, & aliud ibidem 24. aprilis 1525. Vide D. Paquot *mem. litt. tom. XVI.* 204. Adrianus Arnouts Epis. suffrag.

1519.

Nuperrimè in Concilio Lateranensi *Sess. IX. Cap. 3. habitâ 5. May* 1514. præsidente LEONE PP. X. vetitum erat ob mala inde orientia, nè Abbatiæ in Commendam darentur; sed Abbates juxtà statuta eligerentur. Insuper Princeps in læto suo Introitu addixerat & promiserat Abbatibus Brabantiæ, numquam Abbatiam aliquam dandam in Commendam. Abbatia S. Michaëlis in Commendam datur Epis. Leodiensi.

Interim, cum STEPHANUS à THENIS Abbas S. Michaëlis obiisset 9. novembris 1518., CAROLUS princeps noster Hispaniarum Rex, in Hispania existens, Abbatiam S. Michaëlis in Commendam dederat ERARDO DE MARKA Episcopo,

Anno 1519. copo Leodiensi, reputans hoc sibi licere per privilegium Pontificium sibi concessum anno 1516., quod suprà ad illum annum indicavi.

Quare. Varii varias rationes allegant, ob quas Abbatia hæc in commendam data sit Episcopo huic. Auctor *Chor. Abb. S. Mich. apud Sanderum pag.* 107. putat illi datam fuisse, ut locum habere posset in Comitiis Statuum Brabantiæ; sed hoc verosimile non est, cum familia de Marka potens esset, & his regionibus inimica fuisset ac fœderata Regi Galliæ; & sic semper timendum fuisset, nè iterum ad eum deflexisset, prout frater hujus Episcopi præcipuus familiæ deinceps deflexit. Verosimile inquam, non est, Regem voluisse, secreta hujus regionis ei nota esse.

Papebrochius *Act. S. Norb. pag.* 953. *n.* 86. ex quodam Chronico ipsi communicato refert, Abbatiam hanc in Commendam datam esse, quia Abbas *Stephanus* ad Aulam venerat eques cum calcaribus & stapulis inauratis; quodque hâc occasione Abbatia illa pro lemmate usurpare cœperit MODERTE. An factum hoc subsistat, nescimus, cum alibi desuper nihil legamus. Interim non est quod ad similes rationes recurramus, cum solidam habeamus, nempè Fœdus initium inter Principem & familiam de Marka, in quo CAROLUS Episcopo prædicto promiserat duas Abbatias in Brabantia valentes simul sex millia florenorum, ut suprà vidimus ad annum 1516. *pag.* 316. Et hanc rationem etiam insinuat Author *Chor. Abb. Parcensis apud Sanderum Tom. I. pag.* 243.

Religiosi sese opponunt. Religiosi autem S. Michaëlis memores difficultatum, quas à quadraginta annis sustinuerant contra Episc. Sibinicensem, cui etiam commendata fuerat hæc Abbatia sed non obtenta,

lenta, adjuti ab Abbatibus Parcensi, Averbodiensi & Tongerloënsi, argumenta, quibus contrà Sibiniensem usi fuerant, resumpserunt. Anno 1519.

Eligunt Abbatem è gremio.

Et non obstante Regis nominatione, secundùm Privilegia Ordinis & consuetudinem ab immemoriali stabilitam, processerunt ad electionem Abbatis è gremio, elegeruntque CORNELIUM DE MERA, quem admiserunt & in possessionem Abbatiæ introduxerunt Abbates Parcensis, Tongerloënsis &c. Sed res hæc Abbatiæ non tam benè cessit, sicut olim contrà Sibinicensem; idque ideo quòd jam adversarium haberent Principem, quem tunc habebant patronum & defensorem.

Carolus Rex eligitur Romanorum Imperator.

Interim obierat 12. januarii anno hoc 1519. MAXIMILIANUS Imperator avus CAROLI nostri Hispaniarum Regis. Hic in Hispania existens eodem anno 28. julii in locum illius electus est Francofurti ad Mœnum. Et anno sequenti ex Hispania, ubi *Adrianum Florentii* Cardinalem Proregem constituerat, redux Belgium pertransiens in singulis Civitatibus solemniter receptus est. Inter alias Antverpiæ magnâ pompâ receptus est 23. septembris, spectaculis & ludis tribus diebus durantibus. Ita *Antwersch Chron.* Additque tunc Antverpiæ habita fuisse Comitia ad offerendum ei ducenta millia Coronatorum pro Coronatione sua in Romanorum Imperatorem. Hæc Aquisgrani peracta est 21. octobris. PETRUS ÆGIDIUS S. P. Q. Antverpiensi ab Actis (quem *Erasmus* laudibus extollit & in Adagiis hospitem suum appellat) huic CAROLI receptioni præmisit *Hipotheses* tredecim sive argumenta totidem *spectaculorum* per viam exhibendorum. Ita Papebroeck *Act. S. Norb. pag.* 954. *n.* 87.

Solemnis ejus receptio Antverpiæ.

Anno 1519.

Imperator mandat deponi Abbatem S. Mich. sub pœna confiscationis temporalium.

Quid autem intereà Abbatia S. Michaëlis sustinuerit occasione Commendæ, præcisè non scimus. Videtur equidem dura sustinuisse; quod colligere possumus ex epistola Imperatoris scripta desuper ulti. novembris 1520. Wormatii ad amitam suam *Margaretam* harum Regionum Gubernatricem, quæ refertur apud Sanderum *Tom. I. Pag.* 243. In illa enim indicat Imperator, quàm ægrè tulerit, religiosos S. Michaëlis contrà suam provisionem elegisse Abbatem, atque Abbates Parcensem & Tongerloënsem &c. eum induxisse in possessionem. Et mandat Gubernatrici, ut ad se vocet prædictos Abbates, eisque præcipiat, ut statim reparent, quæ fecerant in præjudicium Regiæ nominationis; electum ab Abbatia à regimine deponant, & cuncta restituant in statu, quo disposita erant in favorem Leodiensis tempore discessûs sui in Germaniam. Et ut, si Abbates recusent aut differant obedire, faciat apprehendi temporalia eorum & ea gubernari per alios, donec aliter ordinaverit Imperator. Et si res, ut dictum est, non restituantur, etiam faciat apprehendi temporalia Abbatiæ S. Michaëlis, taliter, ut nè vitæ necessaria quidem relinquantur Religiosis. Hæc mandat Imperator duobus annis post obitum Abbatis S. Michaëlis.

Abbates exhibent rationes quare non Admittant Leodiensem.

Abbates vocati à Gubernatrice comparuerunt, & debita cum reverentia proposuerunt sua privilegia & consuetudines Ordinis; proposuerunt promissionem Regis in inauguratione factam de non conferendis Abbatiis in commendam; proposuerunt Bullam LEONIS Principi non concedere facultatem nominandi ad Abbatias electivas, sed Bullam istam concessam esse in earum favorem, nè scilicèt per provisiones & gratias expectativas obtinerentur. Hæc & alia sic proposuerunt Abbates, ut

Impe-

Imperator rationibus motus Episcopum conveniri curaverit, eumque rogaverit, ut electum in S. Michaëlis in suum Coadjutorem sub honesta pensione assumeret, & Abbatibus tales non præjudicii Litteras, quales vellent, dare pararet. Anno 1519.

Imperator consentit ut electus assumatur in Coadjutorem Leodiensis.

Sed cum Abbates his contenti non essent, Imperator inde magis offensus cuncta eorum temporalia cum effectu sequestrari fecit, ut vel sic fracti Regis voluntati satisfacerent. Ita Auctor *Chor. Abb. Parc. apud Sanderum loco citato.*

Temporalia Abbatiarum sequestrantur

Abbates autem his non obstantibus in prosecutione jurium suorum perstiterunt, & rationes suas insinuare non destiterunt; donec tandem Imperator condescenderit, & rem hanc judicio Arbitrum utrimque assumendorum decidendam commiserit. Factum hoc est anno 1522. 12. februarii stylo Cameracensi, quo desuper datum est Diploma, quod refertur apud Sanderum loco citato *pag.* 245. In eo deputantur *P. Joannes Clapion* confessarius, *Claudius Boisset* Decanus & *Judocus Laurentii* J. U. DD. Consiliarii Imperatoris, & *Henricus de Platea*, *Joannes Clavernau* & *Adrianus van Cleutingen* J. U. Licentiati, cum potestate rem in quæstione circà Privilegium LEONIS PP. X. quoad collationem Abbatiarum &c. finiendi & determinandi secundùm justitiam, quorum judicio partes promiserunt se subjicere.

Privilegium circà nominationes dijudicandum datur Arbitris.

Abbates autem, qui in hac re erant actores in hoc diplomate recensentur, nimirum *Marcus* Abbas S. Bernardi, *Petrus* Abbas Grimbergensis, *Ambrosius* Abbas Parcensis, *Wil-lelmus* Abbas Helisemensis, *Antonius* Abbas Tongerloënsis, *Cornelius* Abbas Diligemensis, *Antonius* Abbas S. Gertrudis Lovanii & *Henricus* præpositus & coadjutor Averbodiensis.

Abbates actores.

Anno 1519.

Omnes enim Abbates res hæc tangebat. Inter illos non recensetur Abbas S. Michaëlis, quia negotium ipsius principaliter agitabatur.

Abbatia S. Mich. transigit cum Leodiensi.

Interim dum Principis privilegium arbitris examinandum & dijudicandum commissum erat, negotium Abbatiæ S. Michaëlis cum Commendatario terminatum fuit. Rege enim agente & Episcopo condescendente in amicabilem compositionem, sed Abbatiæ valde sumptuosam, convenerunt; & certâ pecuniæ summâ cum pensione annua Episcopum, ut à prætensione dictæ Abbatiæ super-sederet, induxerunt. Ita Auctor *Chor. Abb. Parc.* Et sic CORNELIUS DE MERA pacificam Abbatiæ S. Michaëlis possessionem obtinuit.

Sub pensione annua.

Quanta autem fuerit pensio annua solvenda Episcopo, non constat. Auctor Chronici citati per Papebrochium ponit eam fuisse triginta duorum millium florenorum annuè ad vitam Episcopi solvendorum: sed summa hæc magna nimis est pro qualitate ævi. Et insuper vi fœderis initi cum familia de Marka tantùm Episcopo in Brabantia dari debebant duæ Abbatiæ valentes simul sex millia florenorum: unde clarum est pensionem tantam non fuisse.

An Leodiensis ad possessionem fuerit admissus.

Addit idem Chronicum, Religiosos vi hujus compositionis Episcopum consensisse admittere per triduum quatriduumve, cui de consensu Imperatoris mox succederet electus Abbas. Sed cum alibi de eo nihil reperiamus, & Chronicum illud in hoc puncto in pluribus infirmum sit, non videtur etiam in hoc sine scrupulo ei adhibenda fides.

Expensæ in hoc negotio.

Cæterùm in hoc negotio dirigendo expensæ magnæ fuerunt. Solus Abbas Percensis pro defendenda Abbatia S. Michaëlis expenderat summam 1200. librarum; ut Auctor *Chor. Abb.*

Abb. Parc. Abbas Tongerloëensis de hac re scribens Romam ad quosdam, dicit *maledicta nominatio, quæ me coeget ultrà tria millia florenorum expendere, quæ monasterium S. Michaëlis destruxit, Middelburgense deornavit, Niniveuse multum gravavit &c.* Ita refertur in *Chor. Abb. Tongerloënsis apud Sanderum Tom. I. pag.* 330. Anno 1519.

Generale autem negotium, inter Imperatorem & Abbates circà nominationem ad Abbatias &c. ex Privilegio Pontificis, per constitutos Arbitros non citò terminatum fuit, tum propter multitudinem negotiorum, tum quod aliqui ex illis mortui essent, Interim autem incommenda patiebantur Abbatiæ; licèt Imperator, dum rem Arbitris dijudicandam dabat, voluisset Abbatias manere in pristina libertate, donec judicium latum esset. Ordines Brabantiæ desuper scripserunt ad Imperatorem, & Imperator desuper scripsit ad Gubernatricem, mandans, ut in locum mortuorum Arbitrum alios substituat & Abbatias contrà omnes molestationes in libertate conservet. Duas illas Litteras habemus in *Chor. Abb. Parcensis pag.* 244. sed in *datis* illarum videtur erratum. Et refertur Imperatoris Diploma desuper. *Edict. Brab. Tom. IV. pag.* 421. Negotium circà nominationes.

Verum Auctor illius *Chor.* putat negotium hoc ad nutum Abbatum terminatum non fuisse nisi anno 1564. sub PHILIPPO II. per diploma, quod ibidem refert *pag.* 250., quo statuitur modus eligendi & nominandi Abbates, hodieque observatus. Terminatur.

Jam à duobus annis, anno nempe 1517. cœperat MARTINUS LUTHERUS, occasione publicationis Indulgentiarum à LEONIS PP. X. concessarum, opiniones novas de Indulgentiis Lutherus prædicat contrà Indulgentias.

 & illas

Anno 1519.

& illas concernentibus per conciones & theses publicare, & continuò pejores divulgare. Unde omnium maximum & perniciosissimum in Ecclesia schisma ortum duxit. Statim animorum divisio non tantum Germaniam, sed & has regiones cœpit divexare.

Erat Augustinianus ejusdem congregationis, de qua Antverpienses.

Lutherus erat monachus Ordinis S. Augustini reformatœ Congregationis in Almania, dictæ *de Observantia*. Augustiniani autem, hìc à quinque annis admissi, erant ejusdem congregationis: & inde malum nostrum. Habebant enim hoc tempore Priorem, qui unicè adamabat *Lutherum*, ejusque olim discipulus fuerat, ut prædicabat. Et hæc gloriatio ejus satis indicat, quod jaminde hoc anno magistri sui errores tueretur.

Quod autem Prior ille jaminde novator esset in prædicando, satis indicat *Erasmus* Roterodamus, qui hoc anno decimo nono fuerat Antverpiæ mense aprilis (hospitatus indubiè apud *Petrum Ægidii* S. P. Q. Antv. ab Actis, quem in Adagiis suis vocat Hospitem suum) unde 18. Kal. may epistolam scripserat ad Fredericum Electorem. Perspecta itaque ei erant, quæ Antverpiæ agebantur.

Prior Antverpiensis Lutheri discipulus.

Lutherus, qui *Erasmum* ob magnam eruditionis famam sibi conciliare cupiebat, Litteris eum adierat 5. Kal. aprilis: ad illas autem respondit *Erasmus* per Litteras datas Lovanii 3. Kal. junii hoc anno 1519., relatas *Lib. IV. edit. Froben. pag.* 244. In illis notat *Erasmus*, quid libelli ejus hìc causaverint: *Nullo* inquit *sermone consequi queam, quas tragœdias hic excitarint tui Libelli.* Deinde cum suspicio hìc esset Lutheri lucubrationes Erasmi auxiliis conscriptas esse, eumque hujus factionis vexilliferum esse, notat qualiter se justificaverit: *Testatus* inquit *sum, te mihi ignotissimum esse,*

Libros

Libros tuos nondum esse lectos, proinde nec improbare quicquam nec approbare. Deinde cum increpasset modum procedendi Lutheri, ad propositum nostrum subjungit. *Est Antverpiæ Prior ejus Monasterii vir purè christianus, qui te unicè deamat; tuus olim discipulus, ut prædicat. Is omnium pene solus Christum prædicat. Cæteri ferè aut hominum fabulas aut suum quæstum prædicant.* Anno 1519. Ejus errores prædicat.

In his, inquam, sufficienter indicatur, Priorem hunc novatorem fuisse & jam inde errores magistri sui divulgasse, antequam Romæ publicè damnati essent. Prior autem ille (ut notat *Seckendorf* Auctor lutheranus *in Commentario suo historico & apologetico de Lutheranismo edito anno* 1692. *Lib. I. pag.* 179. *n.* 9.) erat *Jacobus Præpositus* aliàs *Spreng*, qui post duos annos, cum totum monasterium infecisset, & non cessaret errores Lutheri prædicare, ductus Bruxellas ibidem publicè & solemniter errores suos revocavit, ut infrà dicetur. Prateolus *Jacobum* hunc natione Flandrum asserit, alii Brabantum dicunt. Dictus Jacobus Præpositi

Emanârant nuper ex parte Principis quædam decreta, per quæ impediebatur, nè Privilegia, jura & exemptiones obtenta à Pontificibus aut Principibus &c. executioni mandarentur sine prævio Principis Placito. Capitulum itaque Antverpiense, quod eminentia Privilegia obtinuerat, tum à Pontificibus tum à Principibus, notanter nuperrimè plenam exemptionem à jurisdictione Episcopi à LEONE PP. X. per Bullam suprà relatam *pag.* 269., recurrit ad Principem, exhibens ei Bullas & Diploma desuper obtenta, & supplicans, quatenùs ea confirmare dignaretur. Obtinuit autem hoc per diploma Mechliniæ datum 24. febr. 1520. stylo hodier- 1520. Capitulum Antv. petit & obtinet à Principe confirmationem jurisdictionis

Anno 1520. hodierno, in quo Princeps non tantùm prædicta privilegia confirmat, sed & specificè jurisdictionem Capituli in subjectos, nimirùm in suppositos Ecclesiæ juxtà plenum tenorem Bullarum, in alios ecclesiasticos juxtà formam juris scripti, & in Laïcos juxtà suum lætum Ingressum; ut latiùs patet ex Diplomate desuper dato, quod ex originali subjungo.

Diploma desuper.

† Ex Archivis Capituli.

KAERLE by der gratie Goids gecoren Rooms Coninck, *toekomende* Keyser *altyts vermeerder s'Rycx, Coninck van Castillien, van* Leon, *van Grenade, van Arragon, van Navarre, van beyden Sicillien, van Jherusalem, van Valence, van Maiorque, van Sardenne, van Corsice &c. Eertshertoge van Oistenryck, Hertoge van Bourgongnen, van Lottir, van Brabant, van Stier, van Carnite, van Cram, van Lenbourg, van Luxembourg ende van Ghelre, Grave van Vlaenderen, van Habsbourg, van tirol van Artois, van Bourgonignen, Palsgrave ende van Henegouwe, Lantgrave van Elsace, Prince van Zwave, Marckgrave van Burgau ende des heylicx Ryckx; van Hollant, van Zeelant, van Phiert, van Kiburg, van Namen en van Zuytphen Grave; Heere van Vrieslant, van den Windesmarck, van Clavonie, van Portenau, van Saline ende van Mechelen.*

Onsen lieven getrouwen Cancellier *ende Luyden van onsen* Rade in Brabant, Meyer *van Loeven,* Amman *van Brussel,* Schout *van Antwerpen ende* Marcgrave *ons Lants van Rien, ende allen anderen onsen ende der smalen Heren Rechteren, justicieren ende officieren ons lants van Brabant saluyt ende dilectie.*

Van wegen der eerweerden onse lieve beminde Deken *ende* Capittel *van onser liever Vrouwen Kercke in onser Stadt* van Antwerpen *is ons*

ver-

verthoent ende te kennen gegeven geweest, hoe zy voor tyden vercregen hebben van Pausen, Keyseren *ende* Coningen van Roomen *ende oick van* Hertogen van Brabant *zeker Privilegien, liberteyten, auctoriteyt ende exemptien, in't lange begrepen ende verhaelt in de* Bullen *ende* Brieven *daer van zynde, van den welcken zy deuchdelyck ende vredelyck gebruyckt hebben gehadt van soe lange ende ouden tyde, dat nyement en gedinckt ter contrarien.* Anno 1520.

Ende tot heurer meerder sekerheyt ende om te schouwen ende beletten alle turbatien ende molestatien die men hem zoude mogen doen ter contrarien, zoe hebben zy noch vercregen zekere nyeuwe provisie, zoe van den Paeus JULIUS de tweeste *lest overleden, als van den* Paeus LEO *nu regnerende, hen-L. daer mede gonnende ende verleenende auctoriteyt, faculteyt ende regel, hoe ende in wat manieren zy zullen mogen ende behoiren te procederen tegen heure perturbateurs ende transgresseurs van heuren voirs. privilegien ende exemptien.*

Welcke Bullen *ende* Provisien *die voirn. Supplianten nyet en zouden willen ofte dorren doen ende laten stellen tot behoorlycke executie, noch van dien useren ende gebruycken, overmits zekere verboden ende ordinantien gemaect van onsen wege ter contrarien, zonder des van ons te hebben oorlof, consent ende brieven van* placet *daer toe dienende: om de welcke zy ons zeer ernstelyck hebben doen bidden ende versoeken.*

Zoe eyst, dat Wy, *dese zaken overgemerkt, ende hier op gehadt t'advis van u onsen voirs.* Cancellier *ende Luyden van onsen* Rade in Brabant, *ende gezien in onsen secreten* Raedt *die* Bullen, Brieven *ende* Provisien *boven geroert:* Wy *hebben, den voirn. Supplianten genegen wesen-*

Anno 1520. *wesende, tot hare voirs. bede ende begeerte gegonnen, geoctroyeert, geaccordeert ende gewillekeurt; gonnen, octroyeren, accorderen ende willekeuren, hen gevende oirlof ende consent vuyt zonderlinge gratie mits desen onsen brieve, dat zy van den rechten, privilegien, vryheden ende exempeien hen-L. verleent, ende van den Bullen, Brieven ende Provisien by hen daer op vercregen ende verworven, als voirs. is, zullen mogen useren ende gebruycken, ende t'allen tyde, als't hen van noode ende goetduncken sal, de selve stellen oft doen ende laten stellen tot behoirlycker executien; te wetene* tegen die supposten *ende gehabitueerde in de voirs. Kercke van onser Vrouwen t'Antwerpen naer heuren voirmen ende inhouden;* tegen ander Geestelycke Persoonen *na voirmen van gescreven rechte; ende* tegen die Weerlycke Persoonen *na vuytwysen onser bleyder incompst ende huldinge van onsen lande van Brabant: zonder daerom eenichsins tegens ons te misbruycken.*

Behoudelyck dat heure Conservatoirs *woonachtich zyn binnen onsen Lande van Brabant, ende dat die selve* Conservatoirs *gehouden sullen wesen te insereren t'inhouden van desen onsen brieve in de Citatien, Monitien, Dingingen ende Provisien, die zy maken ende expedieren zullen, om die executie van den Privilegien Bullen ende Provisien by den zelven Suppliantén vercregen ende verworven in der manieren voirscreven.*

Ontbieden u daerom ende bevelen, ende eenen eygelycken van u besonder, zoe hen toebehoiren sal, dat ghy van deser onser gratie oirloeve ende consente, ende van al den inhouden van desen, in der vuegen ende manieren voren verhaelt, doet, laet, ende gedoocht die voirn. Supplianten rustelyck, vredelyck, ende volcomentlyck genye-

genyeten ende gebruycken : cesserende alle beletten ende weder-seggen ter contrarien : want Ons alsoo geliest. Anno 1520.

Gegeven in onser Stadt van Mechelen den XXIV. dach van Februario in't jaer ons Heren duysent vyf hondert ende negenthiene (id est stylo hodierno 1520.) *ende van onsen Rycke, te wetene van den Roomschen t'yerste, ende van Castilien ende andere 't vyfde.*

By den Coninck *in zynen* Raide.

Die 17. julii hujus anni obiit JACOBUS BOGARDUS Antverpiensis Medicus. Per annos XXXVI. medicinam Lovanii docuit. Defunctâ conjuge ordinatus est Sacerdos; conditus ibidem in D. Petri ad Altare S. Lucæ. Leguntur in sepulcrali inscriptione è pluribus hi versus. Jacobus Bogaert medicus.

Sancta maritalis servavit fœdera lecti,
Clarus septenæ prolis honore pater.
Conjuge defunctâ thalamum tædasque perosus
Sacra Sacerdotis munia castus obit.
Annis triginta nec non sex dogmate certo
Hic docuit medicas Gymnasiarcha scholas.

Reliquit *Commentaria in Avicennæ practicam*, inscribiturque *Collectorium M. Jacobi Bogatrt* MS. Antverpiæ in Bibliothecâ publicâ. Foppens *Bibliot. Belg. pag.* 502.

Eodem anno 15. Junii, cum jam tribus annis frustrà laboratum esset ad reducendum Lutherum ad sanam mentem, isque indies magis magisque Ecclesiam Romanam invisam redderet, disciplinam & leges ejus culpans & auctoritatem negans, LEO PP. X. ad extremum rigorem descendit, & Bullam edidit, quâ 35. Propositiones ex libris ejus excerptas condemnavit, eique sexaginta dies præfixit, intrà quos retractationem Romam mitteret aut eam ipse affer- Lutheri errores condemnantur.

Anno 1520. asserret sub pœna excommunicationis &c. in ipsum & omnes fautores ejus.

Vindicta Lutheri. Lutherus autem non tantùm huic Bullæ non obedivit, sed contrà eam scripsit, omnesque errores per eam damnatos defendit, auctorem Bullæ ut Antichristum tractans & acerrimas injurias in eum effundens: & tandem se ulturus ob libros suos Romæ & alibi combustos, rogum extrà muros Wittenbergenses construi fecit, ignemque ipse subjecit, & in eo coràm magna multitudine combussit *Decretum Gratiani*, *Decretales Pontificum*, *Clementinas* & *Extravagantes*, & ipsam hanc *Bullam* LEONIS. Sperabat autem Lutherus præsidium invenire apud novum Imperatorem, quem in finem ad eum epistolas scripsit; quod tamen providente Deo non invenit.

1521. Qualiter intenderit comparere in Comitiis Wormatiensibus. Imperator enim CAROLUS V. princeps noster, constans in defensione Ecclesiæ, conabatur reducere *Lutherum* ad sinum ejus, sicque Ecclesiæ pacem procurare. Celebraturus itaque Comitia principum germaniæ Wormatiæ, voluit ibidem comparere Lutherum & à sapientibus viris audiri; sic tamen, ut intereà nihil scriberet contrà Pontificem aut sedem Romanam; scripsitque desuper Imperator ad Electorem Fridericum. Ita Seckendorf *Comet. Luth. Lib. I. pag.* 142. Elector autem desuper scribi fecit Luthero: *Quid facturus esset, si vocaretur à Cæsare, id enim adversarios moliri?* Respondit Lutherus se venturum. Addit autem: *En habes meum consilium & animum: omnia de me præsumas præter fugam & palinodiam: fugere ipse nolo, recantare multò minùs. Ita me confortet Dominus Jesus.* Ibid., pag. 147. Taliter constitutus intendebat Lutherus comparere coram Cæsare. Deinceps quidem mitiori modo desuper scripsit, ut *ibid.*; sed eundem animum

in

in eo perseverasse, indicant ipsa verba & monstravit effectus. Anno 1521.

CAROLUS V. itaque Princeps noster *Lutherum* ad Comitia vocavit, non ut de negotio ad Pontificem spectante judicaret, nec ut decisa in dubium revocari pateretur; sed ut auditum monitionibus & suasionibus ad rectam semitam reduceret. Comparuit itaque *Lutherus* in Comitiis; ubi præmissis monitionibus & suasionibus fortissimis petitum est, num vellet revocare errores. *Lutherus* petitâ & obtentâ dilatione unius diei, alterà die respondit impudentibus simul & imprudentibus verbis, orisque & corporis gestu, *se ne verbum quidem in suis libris mutaturum*; illusitque in præsentia Imperatoris ac Principum decreta Pontificum & sacro-sancta Concilia. Dein dilatio trium dierum ei concessa fuit, intra quos Episcopi & principes eum convenirent & adhortarentur; quibus privatim nihilo meliora respondit, imò protestatus est, se Concilium generale (si quod fieret) suspectum habere. Unde satis patet Lutherum in Comitiis comparuisse in ea intentione, quam suprà vidimus eum indicasse Electori.

Interrogatus in Comitiis perseverat in erroribus.

Dimissus itaque est Lutherus, & Imperator de consilio & assensu Electorum ac Principum, se eum, ut ab Ecclesia alienatum, schismaticum & notorium hæreticum habere & ab omnibus habendum declarat, prohibens sub Banno &c. nè quis eum receptet, defendat aut foveat facto vel scripto; mandans, ut expleto tempore salvi conductûs eum & bona fautorum ejus apprehendant. Prohibetque sub iisdem pœnis emere, vendere, tenere, legere &c. libros ejus factos & faciendos, mandans illos igne consumi & aboleri &c. Latiùs hæc videri possunt in Imperatoris Diplomate desuper

Imperator eum proscribit & libros ejus comburi mandat.

Anno 1521. desuper dato die 8. may 1521., quod Barlandus integrum inseruit in suâ *Hist. Duc. Brab.* prelo excusâ Antverpiæ quinto post hæc anno. Eodem die Imperator expediri curavit Diploma simile inscriptum Gubernatoribus Provinciarum Belgii nostri, quod Flandricè refertur. *Edict. Fland. tom. I. Rubr. 7. pag.* 88.

Pauca hæc, extrà propositum nostrum relata, lucem dabunt infrà subjungendis.

Libri Lutheri comburuntur Antverpiæ.

Post duos menses; nempè 13. julii, Antverpiæ igni dati sunt Libri *Martini Lutheri* juxtà mandatum Imperatoris, ut suprà vidimus, editum in Comitiis Wormatiensibus, quod ipse Antverpiæ existens indubiè sine dilatione voluerit executioni mandari. Factum hoc refertur in *Antwerpsch Cron. pag.* 18.

Carolus V. primum lapidem ponit, novi Ambitûs chori in B. M.

Cùm Turris septentrionalis Ecclesiæ matricis jam completa esset, & pietas fidelium non cessaret conferre ad reddendam Basilicam istam undequaque augustam; antequam procederetur ad complendam turrim ejus meridionalem, conclusum est, quod posterior Ecclesiæ pars circum Chorum ampliaretur & dilataretur cum proportione ad dilatationem factam in anteriori parte. Cœptum id est anno hoc vigesimo primo, & novi circum Chorum operi primarium lapidem posuit Imperator CAROLUS V., qui cum CHRISTIANO Daniæ Rege Antverpiam venerat. Vide Papebrochium *Act. S. Norb. pag.* 954. *n.* 87. In hâc solemnitate Missam solemnem celebravit MARCUS CRUYT Abbas S. Bernardi ad Schaldim (qui aliquando legatione functus est pro Imperatore ad Regem Daniæ) & lapis ab eo benedictus post Missam cum solemnitate latus est ad locum destinatum, ubi Imperator in præsentia Regis Daniæ eum posuit 15. mensis julii hujus anni 1521. Constat hoc ex

Ratio-

Rationibus fabricæ hujus anni, in quibus hæc notanda desuper leguntur fol. 20. Anno 1521.

Item betaelt voir twee paer handtschoenen der Keyserlijcke Majesteyt gepresenteert, doen hy de jersten steen soude leggen. 16. *Sch.* 6. *Gr.* Et eodem fol. verso: *Item betaelt van den datum op ten jersten steen te houden, die de Keyser leyde.* (*Gebouden*: IMPERATOR CÆSAR CAROLUS QUINTUS AUGUSTUS LAPIDEM POSUIT, IDIBUS JULII 1521.) 2. *Schell.*

Opus hoc hactenùs consummatum non fuit: extant autem adhuc ad sexaginta pedum altitudinem educta super terram principia. Quominùs autem perficeretur, indubiè impedimento fuit incendium, quo anno 1533. templum illud, turri choroque exceptis, conflagravit. Tunc enim non de novis operibus perficiendis, sed de veteribus restaurandis agendum erat.

Capitulum obtinet novos Privilegiorum Conservatores.

Jam ab anno 1442., ut suprà vidimus, obtinuerat Capitulum Privilegiorum Conservatores, qui hactenùs auctoritate apostolicâ dijudicaverant difficultates subortas circa bona & Privilegia Capituli. Capellani autem ejusdem Ecclesiæ prætextu, quod Litteræ desuper tantùm datæ essent in favorem Capituli, nuper etiam petierant & obtinuerant pro se Privilegiorum Conservatores. Per hoc autem tollebatur debita subordinatio & obedientia; oriebantur lites inter Capellanos & Canonicos; defectus in cultu divino & scandala in populo. Cum itaque Capitulum hæc Pontifici exhibuisset & remedium petiisset; LEO PP. X. his motus revocavit omnes Bullas Conservatoriales tam Capitulo quàm Capellanis concessas, & novam dedit Capitulo, quæ etiam serviret Capellanis: voluitque Pontifex in ea omnimodam subjectionem Capellanorum ergà Capitulum. Data est autem

Anno 1521. Romæ III. Kal. septembris anno 1521. Copiam authenticam illius vidi & asservatur in Capituli Archivis.

Obtinet potestatem statuendi Officialem.

Deinde Capitulum habebat jurisdictionem ordinariam in subditos: sed medium non habebat ad exequendas sententias, nisi per privationem beneficiorum & fructuum: unde multæ sententiæ effectu destituebantur. Cum autem Capitulum hæc exhibuisset Pontifici, idem Pontifex aliam ei concessit Bullam, per quam Capitulo confert eandem potestatem, quam habent alii judices ecclesiastici, ad executioni mandandas suas sententias, cum potestate statuendi Officialem & Promotores. Has autem duas Bullas approbavit & in omnibus Capitulo confirmavit Princeps per Diploma datum anno sequenti stylo hodierno, quod subjungo ex originali.

Imperator hæc confirmat Capitulo.

Ex Archivis Capituli.

KAERLE by der gracien Goids gecosen Roomsch KEYSER... Hertoge... van Brabant... Marcgrave... des heylichs Rycx... onsen... Cancellier... saluyt ende dilectie.

Wy hebben ontfangen die supplicatie van onse beminde die Deken, Canonicken *ende andere representerende* t'Capittele *van onser liever Vrouwen Kercke bynnen onser Stadt van Antwerpen, inhoudende hoe, al eest soe, dat die suppliánten voirtyden van den Stoel van Roomen hebben vercregen gehadt brieven van* Conservatorien *voire hen alleenelick, ende die welcke zy langen tyde hebben gebruyckt ende genseert onder onse behoirlicke brieven van* Placet. *Nyetmin, mits dien, dat zy bevonden hebben bynnen corten jairen herweerts, dat die* Capellanen *van der voirs. Kercken ende andere* Suppoisten *onder't voirs. Capittele wesende ende behoorende onder 't decsel, dat die voirs.* Bullen van Conservatorien *waren geimpetreert ende verleent alleene-*

alleenlick by ende voire der Suppliantent Voirsaten ende soe successive voire hen suppliantten; sonder dat die voirs. Capellanen ofte Suppoisten hen eenichsins daer mede mochten behulpen) hebben insgelix vercregen ende verworven zekere Conservatorie *op hen selven, om hen daer mede te behulpene tegen die voirs. Suppliantten ende andere, daer hen dat by hueren Bullen gepermiteert was. Ende dat ter causen van dien diverse Processen geresen zyn tusschen die Suppliantten ende den voirs. Capellanen huere suppoisten; ende vele inobedientien, discordien ende andere ongeregeltheyt, by den suppoisten voirtgestelt tegen die Suppliantten, in confusien ende quade exemple van den Leecken persoenen onsen ondersaten; ende oick mede in grooter verminderniffen ende afnemen van Goids diensten, reverentien ende eeren, die men in der voirs. Kercken geplogen hadden ende behoirt te onderhouden.*

Anno 1521.

Om d'welck al te remedierene ende te verhuedene, dat van gelycken nyet meer en gebuere; ende op dat die voirs. Capellanen suppoisten met hueren oversten den Suppliantten souden mogen worden vereenicht ende veraccordeert, ende in goeden obedientien, reverentien, minnen ende vrintschap met malcanderen bliven, ende voirdane leven gelyck suppoisten ende ondersaten tegen hueren oversten; ende die overste tegen huere suppoisten ende ondersaten behoiren te levene; hebben die Suppliantten soe vele gesolliciteert ende doen sollitciteren aen onsen heyligen Vadere den Paus LEO lest overleden, dat hy heeft gerevoceert ende teenemael gecasseert die voirs. Bullen ende Conservatorien van den Suppliantten ende oic mede van den voirs. Capellanen ende suppoisten. Ende den selven suppliantten ende Capellanen, beneficianten ende Suppoisten der voirs. Kercken ende

 Capit-

Anno 1521. *Capittele subject zynde , ten eynde dat zy voirdane souden mogen occasie hebben in goeden unien, accorde ende vrede te levene , van nyeuwe verleent zyn* Bulle van Conservatorien , *dienende soe wel den Suppoisten als den Supplianten.*

Daer-en-boven aenmerkende onse voirs. heylige Vader de Paus , dat die voirs. Supplianten hadden over langen tyt gehadt , gelyck zy alnoch hebben , jurisdictie ordinaris *ende kennisse* van allen civilen *ende* criminelen saken *over alle die Capellanen , Beneficianten ende Suppoisten onder hen wesende , met seclusien van den Bisscop ende teenemale van den Bisscop exempt , ende nyet en hadden macht huere vonnissen tot volcomen executien te stellen , dan met privatien van den beneficien oft vruchten der selver beneficianten , oft by brieven van Requisitorien aen anderen Rechteren , soe dat dair by dicwils huere vonnissen voirs. bleven illusoir ende sonder effect van executien , als die selve Suppoisten egheene beneficien en hadden , oft die te voiren geresigneert hadden , ende oic anderssins : mits den welcken die excessen van den Suppoisten ende andere dicwils ongecorrigeert ende ongepunieert bleven. Heeft die selve onse heylige Vadere LEO lest overleden den supplianten oic verleent met eender* andere Bullen , *dat zy voirdane sullen mogen huere Vonnissen ter executien stellen op die gecondempneerde , gelyck andere gheestelicke ordinarise Rechteren doen mogen , ende oic mede* cohertie *hebben ende* bedwanck *over alle* Leecke persoenen , *als die in saken hen oft huere Suppoisten aengaende versocht worden , om de waerheyt getuygenisse te gevene ; ende oic mede over die* Leecke persoenen , *die hen sullen hebben gesubmitteert der jurisdictien van den voirs. Supplianten ; te wesene*

tene als zy eenigen van den Supplianten oft Anno
hueren suppoisten voire die Supplianten betrec- 1521.
ken, ende gecondempneert worden den selven suppoisten in costen oft andersins; dat die Supplianten sullen mogen huere Vonnissen doen executeren in die voirs. Leecke persoenen voire 't voldoen van den selven; ende oic mede te mogen stellen eenen Officiael, *om die kennisse van der voirs. saken te nemene ende termineren. Ende insgelicx eenen oft meer* Promoteurs, *om die delinquanten te vervolgene met rechte ende te doen corrigeren, allet achtervolgende der selver Bullen.*

Ende al zy't soe, dat d'inhout van den voirs. Bullen is redelick, eerlick ende goddelick, ende den Supplianten zeere nootelick ende behoeffelick om hen college ende den voirs. suppoisten te houden in reverentien, accorde ende subjectien. Nochtans, mits den verboden van onsen wegen ende oic by onsen Voir-vaderen gemaect, ende geobserveert bynnen desen onsen landen op die Bullen van Roomen, en souden die Supplianten der voirs. twee Bullen nyet dorren oft willen gebruycken sonder onsen expressen oirlove ende consente, Ons mits dien om den selven oirlof oitmoedelick biddende.

Soe eest dat Wy *desen aengesien geneycht wesende ter beden van den supplianten, den selven in den gevalle als boven hebben geoctroyeert ende geaccordeert,* octroyeren *ende* accorderen *vuyt zunderlinger gratien mits desen onsen brieve, dat nyet tegenstaende onsen voirs. verboden, ende sonder prejudicie van dien in anderen saken, zy ende die voirs. Suppoisten der voirs.* Conservatorien *sullen mogen gebruycken in allen saken, die van rechts wegen tot huerder kennissen ende judicatueren competeren ende behooren. Ende van der voirs. tweester*

 Bullen

Anno 1521. *Bullen sullen die Supplianten mogen gebruycken in der vuegen ende manieren gelyck boven verclеert is. Behoudelick nochtans, dat onder 't decssel van de voirs. Conservatorien ost tweester Bullen, ende deser onsen consente egheene ingesetenen ons Lants van Brabant en sal mogen buyten den selven Lande botrocken worden.*

Ontbieden dairom... Want Ons alsoe geliest Nyet tegenstaende...

Gegeven in onser Stadt van Bruessele XXV. dage in Meerte in't jair ons Heeren duysent vyf hondert ende eenentwintich voire Paesschen...

By den Keyser... *H. de Hane.*

Nota: CAROLUS 21. octobris 1520. Aquisgrani coronatus erat Imperator & in capite præmissarum litterarum intitulatur *electus Imperator*.

Nicolaus Buscoducensis Ludimagister. Non est dubium, quin, cum hoc anno de mandato Imperatoris libri Lutheri publicè igni darentur, etiam rigorosa inquisitio facta sit in eos, qui ejus erroribus infecti essent. Inter alios detectus est *Nicolaus Buscoducensis* Ludi-magister, qui ferebatur versatus in humanioribus. Ille autem hoc anno 1521. captus est & Bruxellis carceri inclusus, fortè eodem tempore, quo *Jac. Præpositi*, de quo infrà. Interim Nicolaus invenit modum evadendi è carcere: quem autem finem habuerit iste nescitur. D. Paquot *mem. litt. XVI. p.* 70. *in Art.* Jac. Bording.

Quid docuerit Ludimagister ille, non liquet; interim pueri etiam ponebantur sub ejus directione. Si autem docuerit latinum, certè fuit unus ex Præceptoribus in schola ecclesiæ matricis, extrà quam non docebatur lingua latina. Quidquid sit, hæc detectio in magistro

fortè

forte etiam occasio fuit Decreti, quod mox infra subjungam. Anno 1521.

Hactenùs itaque in hac Civitate non nisi unica Schola erat, in qua docebatur lingua Latina, nempè schola Ecclesiæ matricis. Hoc autem Civibus incommodum erat, qui filios suos magnis suis sumptu & onere foràs mittere debebant ad alias scholas. Capitulum & Senatus malo huic obviare volentes, & ut parochialibus Ecclesiis meliùs provideretur de cantoribus, erexerunt tres novas Scholas ad tres subalternas Parochias S. Jacobi, S. Georgii & S. Walburgis, idque per Decretum desuper datum hoc anno 21. decembris, quod ex transscripto asservato in Archivis parochiæ S. Andreæ subjungo. Eriguntur tres Scholæ Parochiales.

ALLE DE GHENE, die dese onse Letteren sullen sien ofte hooren lesen, Visedeken, Cantor, Thresorier, *t'ghemeyn* Capittel *van der Collegiaelder Kerke van onse liever Vrauwen, ende* Borghe-meesteren, Schepenen *ende* Raeden *van der Stadt van Antwerpen salut.* Decretum Capituli & Senatûs desuper.

Doen te weten, dat Wy ter eeren Godts, vermeerderinge van den Godts-dienste in de Parochie Kerke der selver Stadt, ende op dat de Choor in der selver Parochie Kerken met Sangers beter verciert moghen worden, dan sy hier voermaels gheweest hebben: Ingheleycx want de Poorteren ende Inghesetenen der voors. Stadt heure Kinderen mosten seynden buyten ter Schole, mits dyen, dat alhier maer eene Schole en was, daer men Latyn leerde, tot hueren grooten coste ende laste; ende mits meer andere redenen ons daer toe porrende, soo eest, dat Wy, daeromme, met goeden rypen raede ende deliberatie eerst daer op ghehadt ende ghehouden, hebben gheordonneert, overdraghen ende ghesloten hebben de punclen ende articulen naerbeschreven.

Anno 1521. *en-twintigh op den een-en-twintighsten dagh van December.*

Ex his Litteris habemus, quod in Scholis istis Parochialibus doceretur Cantus, & quod juvenes frequentarent Chorum in augmentum cultûs divini. Hoc hìc exolevit. In aliquibus tamen Civitatibus usum istum videmus perseverare.

Insuper quod juvenes cum Rectoribus suis comitarentur Processiones Civitatis & funera. Ad Processiones ampliùs non accedunt, sed adhuc comitantur funera solemnia, quæ hodie admodum rara sunt; mortui enim jam communiter sepeliuntur vesperi sine solemnitate.

In his solis Scholis docebatur. In his Scholis docebatur lingua latina cum cæteris scientiis connexis, & quidem in illis solis: promittit enim in relatis Litteris Senatus dare decretum, quo prohiberetur extrà eas docere latinum; idque verosimiliter in favorem prædictarum Scholarum, & fortè pro cautela contrà gliscentes errores Lutheranos Ex his habemus, nullos hactenùs Religiosos habuisse Scholas, in quibus docerent humaniora. Posteà anno 1575. scholas aperuerunt Jesuitæ, dein FF. Prædicatores anno 1605., & tandem Augustiniani anno 1610. Verùm Prædicatores suadente *Amb. Capello* dein Epis. Antv. scholas suas clauserunt anno 1648., quandò 27. junii. discipulos duxerunt ad scholas Jesuitarum, ab eis ulteriùs instituendos. Hodie non nisi Jesuitæ & Augustiniani humaniora docent.

Dein apud Jesuitas, Prædicatores & Augustinianos.

Cœterùm inter Rectores Scholarum parochialium plures fuerunt scriptis clari, ut infrà dicetur; etiam aliqui in græcis versatissimi: ut vel inde conjicere possimus, eos ultrà latinum etiam græcum docuisse. Hodie non nisi duæ ex illis Scholis subsistunt, nempè ad Cathedralem & ad S. Georgii, in quibus amplius non docetur, nisi lege-

legere & Scribere. Schola S. Andreæ demùm cessavit an. 1763. dum chorus illius ecclesiæ inchoabatur. Anno 1521.

JACOBUS PRÆPOSITI Prior Augustinianorum nostrorum, quem suprà vidimus teste *Erasmo* à duobns annis gloriatum esse se discipulum Lutheri, errores ejus tuebatur, & exemplo Magistri prioribus pejora superaddens eos divulgabat in publicis concionibus, in mensis & privatis colloquiis, hominesque persuadere conabatur ad opinioni suæ concedendum. Cumque querelæ desuper delatæ essent ad Imperatorem & ad Episcopum Cameracensem, Bruxellas vocatus seu ductus est de mandato Imperatoris & carceri mancipatus. Prior Augustinianorum prædicat errores Lutheri. Carceri mancipatur.

Episcopus autem Cameracensis deputavit *Nicolaum de Egmunda* Carmelitam & *Jacobum Lathomum* S. T. Doctores & hæreticæ pravitatis Inquisitores, ut prædictum *Jacobum* examinarent circà errores ipsi imputatos; & si reum invenirent, ergà eum & alios similes procederent juxtà exigentiam causæ ad condemnationem, correctionem, punitionem &c. Deputatio hæc facta fuit per Litteras desuper confectas 16. decembris hujus anni 1521., quas ex transscripto subjungo. Deputantur qui eum examinent.

„ROBERTUS DE CROY Dei & apostolicæ Sedis gratiâ Administrator & Dux Cameracensis &c. Venerandis Patribus nobis in Christo dilectis DD. NICOLAO DE EGMUNDA & JACOBO LATHOMO sacræ paginæ professoribus salutem in Domino & in commissis fideliter agere. Litteræ Episcopi Cam. desuper.

„De vestris circumspectione, fidelitate & orthodoxæ fidei zelo in Domino ad plenum confidentes, vobis harum serie conjunctim vel divisim committendum duximus & committimus, quatenùs evocato coram vobis „Fra-

Anno 1521. „ Fratre JACOBO PRÆPOSITI Priore Monasterii „ Ordinis FF. Heremitarum S. Augustini Oppi- „ di Antwerpiensis nostræ Diœcesis, de hæresi, „ ut fertur, suspecto, & ut talis apud Sereniss. „ Dominum nostrum IMPERATOREM & Nos „ accusato, pro eo, quod Sectam hæreticam „ Fratris *Martini Lutheri* ejusdem Ordinis, „ per sanctissimum Dominum nostrum PAPAM „ illiusve prædecessorem ac Ecclesiam, ut asse- „ ritur, damnatam, approbando, plures ar- „ ticulos in dicto Oppido Antwerpiensi palàm „ prædicare, ac in diversis locis etiam in „ mensis, tam suis propriis quàm aliorum, „ affirmare, atque homines ad concedendum „ suæ opinioni inducere & persuadere non est „ veritus, populum à via recta veritatis & „ sanctæ Ecclesiæ dogmatibus errare faciendo & „ propterea prisonnario constituto.

„ Ipsum Fratrem *Jacobum Præpositi* de & „ super Articulis prætactis, & aliis quibuscum- „ que articulis erroneis, juxtà vestram discre- „ tionem, sibi ad memoriam reductis & decla- „ ratis, diligenter examinetis. Et si illos erro- „ neos in Ecclesiam Dei & sanctum illius dog- „ ma tendere invenitis, contrà eum & quos- „ cumque alios, tam Religiosos & Ecclesiasti- „ cos, quàm laïcos nobis subditos dictam sec- „ tam doctrinantes aut sectam profitentes, af- „ firmantes & prædicantes, & quemlibet eorum „ inquisitione factâ auctoritate nostrâ juxtâ for- „ mam juris & canonicas Sanctiones ad illius „ & aliorum prædictorum, secundùm exigen- „ tiam casuum suorum, ad condempnationem, „ correctionem & punitionem ritè procedatis, „ aliaque omnia & singula, quæ in hujusmo- „ di Inquisitionis negotio necessaria fuerint, „ faciatis & exequamini. Ad quod nostras vices „ plenarias vobis committimus, ac facultatem „ & authoritatem impertimur.

„ In

„In cujus fidem & testimonium sigillum majus Curiæ nostræ præsentibus Litteris duximus apponendum. Datum & actum Bruxellæ dictæ nostræ Diœcesis anno 1521. mensis decembris die 16." Anno 1521.

Isti autem Doctores juxtà potestatem sibi per has Litteras factam examinârunt *Jacobum*, & inventum reum conati sunt reducere ad sanam mentem, ac instructionibus & suasionibus brevi induxerunt, ut errores suos revocaret; quod & fecit 9. febr. sequenti anno 1522., stylo hodierno. 1522. Deputati eum examinant & convertunt.

Revocatio hæc facta fuit cum maxima solemnitate Bruxellis in Ecclesia B. Gudulæ, dominicâ die post summam missam in concursu innumerabilis multitudinis. Actui præsidebant HIERONIMUS ALEANDER Nuntius apostolicus ad hoc deputatus, & HIERONIMUS VAN DER NOOT Cancellarius Brabantiæ commissarius Imperatoris in hac parte, ADRIANUS HERBOUTS suffraganeus Cameracensis, ROVERUS STOOPS Officialis in Curia Bruxellensi & MARBRIANUS DE ORTO Decanus Nivellensis cum aliis Episcopi Vicariis. Erant hi in Odeo dictæ Ecclesiæ cum pluribus aliis qualificatis tam Clericis quàm Laïcis. Revocatio *Jacobi Præpositi.*

Jacobus Præpositi autem in eodem Odeo constitutus notabilem concionem habuit vernaculo idiomate ad propositum conducentem; dein anathematizavit hæresim Lutheranam, notanter contentam in Bulla Pontificis; *Lutherum* justè condemnatum recognovit, & libros ejus justè prohibitos legi vel teneri, ac igni tradi mandatos.

Post hæc primò latinè dein vernaculè prælegit & anathematizavit articulos 30., quos docuerat vel censerat. Dein professus est veritates eis oppositas satis latè deductas.

Super

Anno 1522. Super his omnibus factus est Actus Notarialis, qui eodem hoc anno prelo excusus est Antverpiæ extrà portam Cameræ sub insignio Unicornis aurati per Willemum Vosterman. In priori hujus operis editione dedi Actum istum ex manuscripto, quia impressum non habebam. Dein D. *J. B. Verdussen* scabinus hujus civitatis obtinuit & communicavit exemplar supradictæ impressionis, ex quo Actum illum nunc subjungo. Unde patebit manuscriptum, quo tunc usus sum; in multis fuisse defectuosum.

Actus Notarialis desuper. „ IN NOMINE Individue Trinitatis amen. „ Per hoc presens publicum instrumentum cunc„ tis pateat evidenter & sit notum, quod anno „ à Nativitate Domini millesimo quingentesi„ mo XXII. die nonâ mensis februarii." (*Stylo non Cameracensi sed Romano seu hodierno, ut conveniat cum anno primo Pontificatûs Adriani VI.; qui necdum nomen assumpserat:*) „ In„ dictione X.; Pontificatûs sanctissimi Domini „ nostri Dni electi Pape (de cujus nomine pon„ tificali adhuc nobis non constat) anno primo, „ paulò post decimam horam ante meridiem; „ die Dominico; summâ missâ in solemni „ Ecclesiâ collegiatâ beate Gudule insignis Op„ pidi Bruxellensis Cameracensis Diocesis cele„ bratâ, ibidem & infrascripto actui solemni„ ter presidentibus Reverendis ac Magnificis Vi„ ris Dominis JHERONIMO ALEANDRO Protho„ notario, Nuntio & Commissario appostolico „ ad infrascripta specialiter deputato, ac Do„ mino HIERONIMO VAN DER NOOT Cancella„ rio Ducatûs Brabancie & Cesaree ac Catho„ lice Majestatis etiam in hac parte Commissa„ rio; nec non reverendo in Christo Patre „ Domino ac magistro ADRIANO HERBOUTS „ Episcopo Rosensi sacre theologie professore

ac

„ ac Reverendissimi Domini *Roberti de Croy* Ad- Anno
„ ministratoris Episcopatûs Cameracensis suffra- 1522.
„ ganeo; ac etiam Magistro ROVERO STOOPS Offi-
„ ciale Cameracensi predicti Reverendissimi Domini
„ Cameracensis Administratoris in sua Curia Brux-
„ ellis residente; ac Domino MARBRIANO DE
„ ORTO Decano Nivellensi, unà cum aliis in
„ spiritualibus ejusdem Reverendissimi Vicariis,
„ supra Oxale Chori predicte Ecclesie consisten-
„ tibus, ac subtus in corona magna ipsius
„ ecclesie & capellis religiosis, clero & popu-
„ lo predicti oppidi nec non Curie Cesaree
„ Majestatis ad multa milia insimul congrega-
„ tis.

„ In mei Notarii publici ac testium infra-
„ scriptorum presentia in eodem Oxali persona-
„ liter constitutus Frater JACOBUS PRÆPOSITI
„ Ordinis Heremitarum sancti Augustini, nu-
„ per Prior Conventûs ejusdem Ordinis insignis
„ & mercurialis Oppidi Antduerpiensis dicte
„ Cameracensis Diocesis, faciem ad populum
„ dirigens altâ & intelligili voce quandam nota-
„ bilem Concionem sive sermonem in lingua
„ teutonicali hujus patrie Brabantie solemnem
„ fecit, multas sacre Scripture authoritates la-
„ tinè allegando & teutonicè interpretando, ad
„ propositum & materiam sue penitentie & re-
„ ductionis ad sancte matris Ecclesie gremium
„ ab infrascriptis erroribus & heresibus, in quos
„ seu quas ipse Frater JACOBUS incurrerat,
„ facientes & omnino pertinentes.

„ Quâ quidem concione seu sermone peracto
„ idem Frater JACOBUS infratactos articulos la-
„ tinè scriptos alta & intelligibili voce ad pre-
„ dictum Clerum & populum de verbo ad
„ verbum, sicuti subscribuntur, pronuncia-
„ vit.

„ EGO

Anno 1522. „EGO Frater JACOBUS PREPOSITI religio-
„sus Ordinis Heremitarum sancti Augustini
Renuntiat Lutheranismo „anathematizo omnem heresim & precipuè eam,
„de qua diffamatus sum, & quam Frater
„*Martinus Luther* in suis libris & ad popu-
„lum sermonibus hiis temporibus docuit & te-
„nuit: propter quam à Sede apostolicâ tamquam
„hereticus cum sua doctrina damnatus est,
„maximè quoad articulos in Litteris apostolicis
„expressos.

„Consentio autem sancte Romane Ecclesie
„in omnibus, que ad cristianam Religionem
„spectant, & confiteor quecumque Sedes aposto-
„lica confitetur.

„Insuper sentio & teneo prefatum *Martinum*
„cum sua doctrina ritè & legitimè à dicta sancta
„Sede apostolica condempnatum; ejus libros,
„tractatus vel sermones, tam editos quàm eden-
„dos, rectè vetitos legi vel teneri ac incendio
„tradi mandatos.

„Specialiter autem reprobo quosdam articu-
„los, quorum aliquos publicè predicavi, alios
„privatim familiariter expressi, ceteros apud me
„sensi, juxtà formam, que sequitur.

Propositiones revocatæ „Articulus I. *Tantùm tria Ecclesie Sacramenta*,
„*scilicét Baptisma, Penitentia & Eucharistia, ex-*
„*pressa in scriptura sacra sunt divinitùs instituta:*
„*reliqua autem quatuor humanitùs per Eccle-*
„*siam.*

„2. *Non est Indulgenciis confidendum.*

„3. *Papa Indulgencias dare non potest.*

„4. *Indulgencie non sunt efficaces.*

„5. *Nulla merita Sanctorum aliis applicari pos-*
„*sunt.*

„6. *Omnia opera sanctorum peccata sunt & mise-*
„*ricordiâ ignoscente & remittente egent.*

„7. *Nullus est Ecclesie thezaurus preter Christi me-*
„*rita; que dumtaxàt per ipsum Christum unicuique*
„*secundùm suam fidem applicantur.*

„8.

„ 8. Lutherus cum sua doctrina non est legitimè per sedem Apostolicam condempnatus. Anno 1522.

„ 9. Liberum arbitrium bonorum actuum suorum interiorum non est causa effectiva, sed dumtaxat receptiva; ita ut solùm se habeat ad eos passivè.

„ 10. Omne opus liberi arbitrii, quantumcumque bonum, peccatum est egens Dei misericordiâ ignoscente & remittente.

„ 11. Quicquid agit homo ante justificantem gratiam peccatum est.

„ 12. Unica refectio & à certis cibariis abstinentia irrationabiliter tempore jejunii precipiuntur & contrà Scripturam sacram.

„ 13. Cristiani sunt liberi ab hujusmodi jejuniorum observancia.

„ 14. Nec ipsa facit ad observanciam Legis Dei.

„ 15. Dubium est, an homo se voto obligare possit ad suprà dictum jejunium.

„ 16. Papa vel Ecclesia non vult, nec potest subditos suos sub pena mortalis peccati obligare, ad hunc sensum; quod homo transgrediendo preceptum superioris hominis non peccat mortaliter.

„ 17. Superiores tenentur non velle subditos obligare sub pena peccati mortalis.

„ 18. Subditus sui superioris preceptum transgrediens ex ignorancia supina vel passione, secluso scandalo, non peccat.

„ 19. Capitulum Omnis utriusque sexûs irrationabiliter precipit, semel in anno confitendum.

„ 20. Papa non est de jure divino Caput Ecclesie.

„ 21. Petrus solo jure humano factus est primus vel supremus inter Apostolos: & idem censendum est de quolibet Petri successore.

Anno 1522.

„ 22. *In omni foro tam interiori quàm exteriori omnes Episcopi sunt equales.*

„ 23. *Concilium ritè congregatum precisè tantùm decidere potest, quantùm scriptura sacra expressè continet.*

„ 24. *Concupiscentia, que in Baptizato relinquitur, est peccatum propriè dictum contrà hanc Legem Dei :* Non concupisces.

„ 25. *Caro tali concupiscentiâ infecta ad omne opus liberi arbitrii concurrit : unde quodlibet opus humanum peccatum efficitur.*

„ 26. *Idem censendum est de martirio Petri & aliorum sanctorum operibus.*

„ 27. *Omnes laïci sunt Sacerdotes.*

„ 28. *Qui manet in peccato mortali non manet in Baptismo, Sacerdotio, Episcopatu & Papatu.*

„ 29. *Displicentia de peccatis admissis non est via ad gratiam justificantem, sed è contrariò gratia est via ad ipsam displicentiam.*

„ 30. *Dolor de uno peccato sine dolore omnium est peccatum.*

Articulos hos damnat Jacobus.

„ OMNES igitur & singulos supradictos articulos revoco, reprobo & dampno. Quorum quidem articulorum aliqui sunt notoriè heretici & à sanctis Patribus reprobati ; quidam verò scandalosi ; alii verò piarum aurium offensivi ; nonnulli simplicium mentium seductivi ; & omnes pietati & paci christiane adversantur.

„ Profiteor autem hec omnia purè & sine conditione ex animo sincero, plenè de veritate instructus ; & juro per sanctam Trinitatem & per hec sacro-sancta Evangelia, me in veritate Ecclesie Catholice semper & sine dubio permansurum : & omnes, qui contrà hanc fidem venerint, cum dogmatibus suis eterno anathemate dignos esse pronuntio. Et si ego

„ ipse

„ ipse aliquando, quod absit, aliquid contrà „ sentire aut predicare presumpsero, Canonum „ severitati subjaceam & eterne pene obligatus „ inveniar.

Anno 1522.

„ Et absque aliqua mora simili modo pro„ nuntiavit subsequentia.

Profitetur veritates oppositas.

„ Quoniam videtur expedire post revocatio„ nem factam aliquantisper eam declarare, po„ tissimùm ut ego lucidiùs manifestem fidem & cre„ dulitatem meam circà ea, quæ prædicavi, „ docui vel sensi, vel dè quibus confabulatus „ sum.

1. De Sacramentis.

„ *Manifesto & pronuntio fidem meam de Sa„ cramentis Ecclesie, & assero me credere, „ quod de illis tenet & credet sancta Mater Ec„ clesia Romana: esse videlicèt septem Sacramen„ ta, scilicèt Baptismum, Penitentiam, Eu„ charistiam, Confirmationem, Ordinem, Ma„ trimonium & Extremam unctionem, instituta „ à Christo. Quod autem aliter docui vel predi„ cavi, erravi in fide, numerum Sacramen„ torum à Cristo traditum minuens.*

2. De Sacerdotio.

„ *Dico heresim esse, laïcos esse Sacerdotes; „ & credo esse precisè sacerdotes ordinatos ab „ Episcopis secundùm ritum Ecclesie; nec suffi„ cere ad Sacerdotium quod quis se Deo offerat. „ Quod autem aliter predicaverim, erravi dig„ nitati Sacerdotali derogans & confusionem in „ statu Christianorum inducens.*

3. De Indulgentiis.

„ *De Indulgentiis autem credo, confidendum „ esse in eis ad intentionem, quâ in Ecclesia „ conceduntur; quibus homines peccatores absol„ vuntur à penis debitis in Purgatorio: & asse„ ro eas posse summum Pontificem concedere aucto„ ritate sibi divinitùs traditâ. Et ideo erroneè „ dixi, Indulgentias esse nullas & non esse „ efficaces: quinimmo positis illis, que in Lit„ teris Indulgentiarum exprimuntur, efficaces*

 „ *sunt,*

Anno 1522. „ sunt, & suum sortiuntur effectum; & solatium „ animæ & conscientiæ sunt reputandæ.

4. De Meritis „ De meritis autem Sanctorum credo firmiter posse „ aliis applicari, ut ex multis passibus sacræ Scrip„ turæ constare potest. Quod autem aliter dixerim vel „ prædicaverim, erravi. Quinymo propter merita „ Sanctorum multa impetramus à Deo; quòd possint „ ea nobis applicari, ut propter eorum merita nobis „ pœnæ debitæ relaxentur.

5. De operibus peccaminosis. „ Nullo Pacto censendum est, nec ego jam credo, „ omnia opera Sanctorum fuisse peccata indigentia re„ missione: sed credo & assero opera eorum fuisse „ sic vitæ æternæ meritoria, quod omni culpâ care„ rent. Quod autem aliter predivaverim, erravi „ opera Sanctorum denigrando & eis contumeliam in„ ferendo.

6. De Thesauro Ecclesiæ. „ De Thesauro autem Ecclesiæ credo, esse Ecclesiæ The„ saurum merita Cristi & Sanctorum, quæ possunt fi„ delibus applicari, ut prædictum est. Quod autem „ oppositum dixerim, erravi Thesaurum Ecclesiæ di„ minuens.

7. De condemnatione Lutheri. „ De condemnatione autem apostolicâ, quâ Luthe„ rus cum suo dogmate est damnatus, credo & asse„ ro fuisse legitimam, Legi Dei, sacris Conciliis, „ sacrisque Doctoribus consonam; sicut in mea revo„ catione perampliùs dixi. Quod autem oppositum præ„ dicaverim vel dixerim, impiè erravi & sacro-sanc„ tæ fidei apostolicæ injuriam temerariè intuli.

8. De libero Arbitrio. „ De libero autem arbitrio credo & assero, quod „ activè concurrit & coagit ad actus bonos liberé. „ Quod autem aliter dixerim vel prædicaverim, er„ ravi auferens liberi arbitrii libertatem contrà sa„ cram Scripturam & sacrorum doctorum doctri„ nam.

8. De operibus liberi Arbitrii. „ De operibus autem liberi arbitrii credo, non „ omnia esse peccata; sed aliqua esse vitæ æternæ me„ ritoria, absque aliqua culpa, & per consequens „ non indigentia misericordiâ remittente. Quod autem „ aliter dixerim vel prædicaverim, erravi impiè & „ scandalosè in fide & moribus.

„ Non

Anno 1522.

„ *Non credo, quod, quicquid homo agat ante „ gratiam justificantem, peccet; ÿmo sine peccato „ posset se ad gratiam disponere & multa opera age- „ re, que non imputantur ad culpam. Quod autem „ aliter predicaverim vel docuerim, erravi temerariè „ illud asserendo & peccatores à peccatorum suorum „ emendatione retrahendo.*

10. De operibus ante gratiam.

„ *De observantia autem jejuniorum & abstinencia à „ carnibus certo tempore, teneo & credo esse ratio- „ nabiliter injuncta s Christi-fidelibus, & facere ad „ observantiam legis divine & macerationem carnis & „ mentis elevationem in Deum; & Christianos tene- „ ri ad hujusmodi observantiam ab Ecclesia traditam, „ & transgredientes mortaliter delinquere, nisi legi- „ timè rationabili causâ venirent excusandi; neque „ hoc cujuslibet arbitrio est dimittendum.*

11. De jejunio.

„ *Et credo hominem posse ex voto ad hujusmodi absti- „ nentiam obligari. Quod autem aliter predicaverim, „ erravi contra Legem Dei & ejus Ecclesiam, tol- „ lens modum reprimendi carnis rebellionem, & alli- „ ciens ad illud, per quod impeditur anima, nè in „ Deum elevetur.*

12. De voto.

„ *Credo Prelatos posse taliter subditos obligare, quod „ si transgrederentur preceptum, mortaliter delinque- „ rent: nec omnis ignorantia vel passio eos excusat, „ etiam ubi non fuerit scandalum nec contemptus. „ Quod autem aliter dixerim vel predicaverim, erravi „ in fide & moribus, retrahens subditos à debita obe- „ dientia & subjectione Prelatorum, leges positivas „ seditiosè destruens.*

13. De Preceptis Superiorum.

„ *Capitulum* Omnis utriusque sexus, *quo cavetur „ semel saltem in anno confitendum, rationi confor- „ num & saluberrimum censeo: nec propter determi- „ nationem temporis est irrationabile judicandum. „ Quod autem oppositum predicaverim, erravi teme- „ rariè, & injuriam sacro-sancto Concilio intuli, à „ debita sacramentali confessione homines retrahens.*

14. De Confessione annua.

„ Petrum *Apostolum inter Apostolos supremum à „ Christo institutum credo; & assero, quemlibet ejus „ Successorem auctoritate divinâ esse caput Ecclesie sub „ Christo.*

15. De Pontifice.

 „ *Judi-*

Anno 1522.

„ *Judico insuper non omnes Episcopos esse* „ *equales, potissimùm in foro exteriori. Quod* „ *autem aliter predicaverim, erravi Principis* „ *Apostolorum superioritati derogans & ejus suc-* „ *cessoribus auctoritatem adimens, ordinem Hierar-* „ *chicum omninò pervertens.*

16. De Hierarchia Ecclesiæ.

„ *Aliorum autem articulorum, quos sense-* „ *ram, quos me predicasse non recolo, decla-* „ *rationi supersedeo: sufficere enim videtur eo-* „ *rum revocatio.*

Ratio perversionis ejus.

„ Ut autem omnibus innotescat mei erroris & „ perverse predicationis causa, noverint om- „ nes, quod propter nimiam meam ergà *Lu-* „ *therum* affectionem, & quia videbar popu- „ lo dogmate illo perverso placere, in errores „ turpiter incidi & eos predicavi.

Iterata revocatio & professio.

„ Cognoscens igitur per Dei gratiam verita- „ tem, & instructus aliter sentiens, revoco „ & retracto, ut dixi, omnes errores, quos „ predicavi & sensi & de quibus confabulatus „ sum; & damno omnem errorem & heresim po- „ tissimum Lutheranam, & amplector fidem „ catholicam, quam tenet & predicat sancta „ Romana Ecclesia, & ei me in fide & om- „ nibus que docet, submitto & eidem pro- „ mitto, & jam juro, sicut jam promisi & „ juravi, adherere & Lutherum cum suo „ dogmate procul à me abicere.

Latinè dicta iterat vernaculè.

„ Quibus sic, ut premittitur, lectis, illi- „ cò similes ejusdem sentencie articulos in teu- „ thonicâ linguâ hujus patrie Brabantie fideliter „ translatos, ut priùs etiam publicè & altâ „ voce legit & protulit.

Petit adstantium orationes.

„ Et ex post statim, factis paucis verbis ad „ eundem populum, oravit omnes & singu- „ los, ut devotè ad omnipotentem Deum pre- „ ces funderent, quatenùs eidem de commissis „ predictis erroribus clementer misereretur & „ ignosceret.

„ His

„ His peractis Reverendus Dominus HIERO- Anno
„ NIMUS ALEANDER Commissarius & Nuntius 1522.
„ apostolicus nomine sanctissimi Domini nostri
„ Pape & Sedis apostolice ; nec non dictus
„ magnificus Dominus HIERONIMUS VAN DER
„ NOOT nomine Cesaree & Catholice Majestatis,
„ ac prefatus reverendus in Christo pater Do-
„ minus Suffraganeus & Officialis ac Vicarii
„ predicti nomine reverendissimi Domini Came-
„ racensis respectivè, de & super premissis
„ omnibus & singulis petierunt à me subscripto
„ Notario eis edi seu confici publicum seu pu-
„ blica instrumentum & instrumenta.

„ Acta fuerunt hec anno, indictione, die, Testes in hoc Actu.
„ mense, horâ & Pontificatu, quibus suprà,
„ presentibus ibidem Eximiis sacre Theologie
„ professoribus ac magistris *Ludovico Coronel* &
„ *Johanne Quintana*, qui priùs unà cum reve-
„ rendo Patre Fratre *Johanne Glapion* Cesaree
„ Majestatis Confessore, & magistris *Nicolao*
„ *de Egmonda* & *Jacobo Lathomi* sacre pagine
„ Doctoribus, etiam magistro *Francisco van*
„ *der Hulst* utriusque juris Licenciato & in
„ Concilio Brabancie Consiliario, ac aliis,
„ qui tam apostolicâ quàm Cesareâ ac ordinariâ
„ commissione respectivè ad examen & instruc-
„ tionem prefati fratris JACOBI, ut notorium
„ exstat, deputati fuerant.

„ Presentibus etiam in eodem Oxali venera-
„ bilibus ac religiosis patribus Dominis *Priore*
„ Ordinis Predicatorum & *Gardiano* Minorum
„ ejusdem Oppidi Bruxellensis, ac magistro
„ *Judoco Cloet* Decretorum Doctore & Cantore,
„ nec non magistris *Daniele Pynbroeck* Decano
„ Ecclesie Collegiate sancti Martini Alostensis &
„ *Nicolao Audenaken* predicte Ecclesie sancte
„ Gudule Canonicis, ac etiam Magistro *Adria-*
„ *no Herbouts* Pensionario seu Advocato Oppi-

Anno 1522. „ di Antuerpiensis, & *Henrico Lips* virgario „ sepedicte Ecclesie sancte Gudule & *Simone* „ *Dauchi* janitore seu ostiario Cancellarie Bra„ bancie, & cum pluribus aliis tam clericis „ quam laicis super eodem Oxali existentibus.

„ Sic subscriptum.

„ EGO *Nicolaus de Spira* Clericus Cameracen„ sis diocesis, Artium liberalium magister & in „ jure Canonico Licentiatus, reverendissimi „ Domini Administratoris Cameracensis & sue „ Curie Episcopalis in predicto Oppido Brux„ ellensi Advocatus, sacris apostolicâ & impe„ riali auctoritatibus Notarius publicus, quia „ contioni sive sermoni, nec non articulorum „ supra-scriptorum lectioni, pronuntiationi, „ revocationi, reclamationi, retractationi per Fra„ trem JACOBUM PREPOSITI, modo, quo superius „ inseruntur, ac etiam ejusdem declarationi sue „ fidei, credulitati, promissioni ac solemnis „ juramenti prestationi, submissioni ac depre„ cationi, omnibusque aliis, sicut premittitur, „ actis, gestis & factis presens & personaliter „ unà cum predictis testibus & cum pluribus „ aliis suprà dictum Oxale consistentibus, in„ terfui, eaque sic fieri ac peragi vidi & au„ divi; ideo hoc presens publicum instrumen„ tum manu meâ propriâ fideliter conscriptum „ & subscriptum signo meo Notariatûs majori, „ quo in instrumentis publicis, uti consuevi, „ subsignavi in fidem, robur & testimonium „ omnium premissorum, à prefatis reverendis „ ac magnificis & venerabilibus viris prescriptis „ respectivè instanter rogatus & requisitus.

„ N. de Spira."

Seckendorf taxat Judices. Actum hunc Notarialem etiam Lipsiæ typis vulgatum fuisse indicat Seckendorf in *Comment. Luther. Lib. I. pag.* 179. Ubi & juxta genium sectæ suæ impudentiam improperat Judicibus, quòd

quòd Priorem illum induxerint ad abjurandos Articulos 6., 10., 24., 25., 29. & 30., & ad asserendas veritates relatas numeris 5. 8. & 9. *Hæc* inquit *profectò horrida & christiano nomini indigna esse, multos etiam ex Romana Ecclesia judicaturos esse spero.* Sed hactenùs tales inventi non sunt, nec invenientur umquam. Anno 1522.

Dimissus itaque post dictam revocationem JACOBUS PRÆPOSITI decessit non ad monasterium Antverpiense, in quo Prior fuerat, quia gratus non fuisset eis, quos ipse-met seduxerat; sed ad monasterium suum Iprense, ejusdem certè instituti cujus erat Antverpiense. Ibidem autem verosimiliter invenit bene affectos *Luthero* & similiter infectos; à quibus perversus brevì ad vomitum rediit, & abjuratos errores iterum cœpit prædicare, notanter Brugis. Mense itaque julio iterum captus Bruxellis carceri inclusus est.

Jacobus Præpositi relapsus incarceratur

Lutherus, cum audisset hanc secundam *Præpositi* captivitatem, de ea mentionem facit in Epistola ad Joan. Staupitium, de quo suprà, in hæc verba: *Jacobus Prior Antverpiensis denuò captus est, & præsumitur jam exustus esse & alii duo cum eo. Nam certum fuit eum occidendum fuisse ob damnatam suam revocationem.* Ita Lutherus in Epistola scripta hoc anno Wittenbergæ ferià 6. post octavam Corporis Christi, relatâ in collectione Epistolarum ejus *tom. II. edita Eislebii in 4°. fol. 76.*

Interim *Præpositus* è custodia elapsus ope cujusdam Franciscani ad magistrum suum *Lutherum* fugit in Saxoniam, ubi multis annis Bremæ Lutheranismum docuit. Ita Seckendorf *loco citato*, qui in eodem Libro *pag.* 283. *Add. II.* refert eum Wittenbergæ per Lutherum promotum esse ad Doctoratum in Theologia.

Elapsus è carcere fugit.

Addit

Anno 1522. Addit Papebrochius *Annal. MSS. ad an.* 1520. eum Weldorpii deprehensum flammis exustum fuisse. Sed de hoc facto apud alios nihil inveni : unde fortè *Jacobum Præpositi* confuderunt cum successore ejus in Prioratu Antverpiensi *Henrico de Zutphania*, qui ibidem combustus fuit, ut infrà dicetur. Prædictus autem *Jacobus Præpositi* scripsit *Historiam utriusque* (suæ) *captivitatis propter verbum Dei.* verùm in Indice Conc. Trid. ponitur inter auctores primæ classis.

Scripta ejus.

Infectio Antverpiensium. Cum autem dictus *Jacobus* conventum suum Antverpiensem & etiam plures cives infecisset, necesse erat, ut desuper ulterior inquisitio fieret. Et res hæc urgebat; quia timendum erat, nè tota Civitas inficeretur, & malum fieret sine remedio. Patet hoc ex epistolâ Vicariorum Episcopi Bruxellis residentium desuper scriptâ ad Capitulum cathedrale Cameracense, quàm subjungo.

Litteræ Vicariorum Episc. desuper.

„ VENERANDI ET EGREGII DOMINI.

„ Post omnem debitam recommendationem „ satis arbitramur Dominationes vestras non latêre, transactis jam pluribus diebus jussu „ cœsareæ Majestatis huc adductum fuisse Priorem Conventûs Augustinianensis Oppidi Antwerpiensis, qui in sermonibus suis & mensis sectam erroneam & falsam *Martini Lutheri* „ per sedem apostolicam damnatam & hæreticam „ declaratam coram populo publicè sustinere, „ fovere & doctrinare non est veritus.

„ Et licèt hic constitutus & per nonnullos „ Magistros nostros, præsentibus Dominis Commissariis dictæ Cœsareæ Majestatis, aliquibus etiam ex cœtu nostri Vicariatûs nominatis, examinatus, ac tandem ad cor reversus & errorem suum recognoscens singula „ publicè revocaverit : attamen Antwerpiensem „ populum

„ populum per ipsam suam prædicationem dicto „ morbo adeò infecit, quod „ nisi quàm celeriùs per viam inquisitionis ac censurarum & „ pœnarum ecclesiasticarum & temporalium confiscationes, apostolicâ & imperiali auctoritatibus hujusmodi morbo obvietur, verosimiliter illum in populo dicti Oppidi & alibi in „ tantùm grassari posse formidatur, quod „ tandem difficiliori remedio extirpari poterit. Anno 1522.

„ Cumque Cœsarea Majestas ad illum extirpandum summo studio inclinetur, decrevit „ Concilium suum, quantocyùs vocandum esse „ Dominum Inquisitorem fidei apud vestras „ Dominationes residentem: ut huc veniens „ contrà dicto morbo infectos, cum suæ Majestatis auxilio & præsidio, secundùm formam juris procederet.

„ Vestras itaque Dominationes instanter & id „ postulante dicto Concilio oratas esse volumus, „ dictum Dominum Inquisitorem ad nos sine morâ destinare dignentur, munitum sigillis in simili „ materia servientibus.

„ Cui de impensis itineris & aliis ei necessariis „ competenter satisfieri curabimus Domino propitiante, qui & vestras Dominationes „ feliciter ad tempora longa &c. Bruxellæ....

„ Vestrarum Dominationum dilectissimi confratres VICARII Domini nostri Cameracensis „ Bruxellæ residentes."

Ex his Litteris patet, quantùm Imperatori & Concilio cordi esset conservatio Marchionatûs sui in sana fide. Dubium non est, quin ad relatas Vicariorum & Concilii Principis preces sine dilatione Antverpiam venerit petitus Inquisitor. Venerunt quoque Antverpiam *Comes Hoogstratanus* cum *Hieronimo van der Noot* Cancella- Antverpiam missi Inquisitores & Commissarii.

Anno 1522. cellario Brabantiæ & Audientiario *van Springens* in Conventum Augustinianorum mane horâ sextâ : ubi coram Magistratu dixerunt, mentem Cœsaris esse, ut eo loco cogerentur exesse hæreticâ labe infecti omnes ; neque permittendum esse, ut Corpus Domini diutiùs requiesceret in spelunca latronum. Ergò, qui ibi erant convicti, impositi curribus Vilvordiam deducti sunt : dimissi tamen citò sub conditione, ut ex doxali Antverpiensis Basilicæ publicè retractarent quosdam Lutheranæ doctrinæ Articulos. Dimissi, inquam, omnes exceptis duobus *Henrico* & *Joanne* Sylvæ-ducensibus. Ita Papebrochius *Annal. MSS. ex Caukerkio ad an.* 1521. & *Antwerpsch Chron. pag.* 19. quod id factum refert mense julio.

Augustiniani ducti Vilvordiam.

Duo ad carcerem ducti Bruxellas.

Duo isti *Henricus* & *Joannes*, quia cum cœteris revocationis conditionem acceptare nolebant, ducti Bruxellas carceri inclusi sunt, ulteriùs examinandi & judicandi.

Reliqui dimissi errores revocant.

Reliqui autem dimissi Antverpiam redierunt, & omnes publicè in Ecclesia B. Mariæ ex odeo renuntiârunt hæresi Lutheranæ, & errores, quibus infecti fuerant, revocârunt. Renuntiatio hæc indubiè facta est præsentibus Inquisitoribus & Commissariis, qui in simili casu hoc tempore præsentes fuisse feruntur, ut infrà dicetur.

Et restituuntur in monasterio.

Cumque jam omnes Fratres sanam doctrinam profiterentur, Corpus Domini inde ablatum non fuit, donec in errorem relapsi omnes urbe pulsi sunt, ut infrà dicetur. Et interim in suo monasterio officia divina peregerunt ut antè.

Cornelius Graphæus S. P. Q. A. à Secretis.

Inquisitores autem & Commissarii non tantùm Augustinianos, sed & plures suspectos cives ad se vocârunt & examinârunt. Inter illos

los autem fuit famosus CORNELIUS GRAPHÆUS seu SCRIBONIUS, propriè *Schryver*, Alostanus flander, sed Antverpianâ Civitate donatus eidemque à Secretis; vir ævo illo disertus & variæ eruditionis, Poëta, Orator, Historicus & Cantor egregius, in græcis & latinis & aliis linguis gnarus, qui jaminde præcipuas Italiæ regiones peragrârat. Vide Fop. *Bibliot. Belg. pap.* 301. & D. Paquot *mem. litt. tom. VI. p.* 187. ubi & referuntur Opera ab ipso edita, & Epitaphium ejus. Anno 1522.

Retractatio ejus in Ecclesia B. M.

Hic autem opinionibus Lutheranis implicitus comparuit, & brevi convictus, dein meliùs instructus consensit in publicam revocationem, quam & fecit in Ecclesia B. Mariæ ex Odeo 6. may, retractans quidquid in favorem hæresis potuisset dixisse aut fecisse. Ita Papebrochius *Annal. MSS. ex Caukerkio*, qui addit ex Secretario Valkenisse retractationem hanc factam esse coram Inquisitoribus Mag. *N. de Egmunda*, Mag. *Francisco de Hulsto* Brabantiæ Cancellario & *Florentio Oom van den Wyngaert* Hollando; GRAPHÆUM autem post eum actum à ministris justitiæ deductum fuisse in domum Marcgravii D. *Nicolai de Lyere*, ubi acceperit sententiam perpetui exilii à Civitate cum mandato semper gestandi assutum vesti suæ ante & post frustum grisei panni, notam hæreseos convictæ. Addit autem Papebrochius: sed eam notam egregiè purgavit, auxilio Consulis *Urselii* non solùm Civitati, sed etiam Officio restitutus, ut infrà videbimus. Ita *Papebrochius*.

Incarceratio & revocatio ejus Bruxellis.

Legimus autem apud Moreri *Dict. Histor. edit Amst. anni* 1740. GRAPHÆUM hoc anno Bruxellis inclusum fuisse carceri, indeque 18. novembris Litteras scripsisse ad Archiepiscopum Palermi Cancellarium Curiæ Brabantiæ, in quibus

Anno 1522. quibus describit miserabilem, ad quem devenerat, statum. Et quod aliquot annis anteà publicasset præfationem, quam fecerat, ad libellum *Joannis van Goch*, intitulatum *Libertas Religionis Christianæ*. Quodque propositiones extractas ex illa præfatione debuerit publicè Bruxellis retractare & præfationem ipsam igni injicere, quodque consequenter damnatus sit ad perpetuum carcerem. Quid simile indicat Papebrochius ex Gaukerkio, referens, GRAPHÆUM coram Cœsaris Confessario ex quadam sua epistola convictum damnatum esse Bruxellis ad eandem in foro exurendam.

Si hæc vera sint, debent post factam Antverpiæ retractationem detecta fuisse nova gravamina, aut certè acta Bruxellis debent præcessisse revocationem, quæ demùm anno sequenti 6. may facta sit Antverpiæ ad reparandum scandalum in loco residentiæ.

Comburuntur libri Lutheranorum. Eodem hoc mense majo iterum Antverpiam venit Imperator, & Lutheri ac Lutheranorum libros, quotquot inveniri potuerunt, flammis tradi jussit. Ita Papebrochius *ex Caukerkio*. Idem asseritur in *Antwerpsch Chron. pag.* 20., ubi legitur id factum fuisse 6. may, id est eodem die, quo *Graphæus* retractationem publicè fecit.

Incorporatio Pastoratûs de Weskle in Hospitali. Quatuor diebus ante hanc executionem Imperator Bruxellis dederat Diploma Priorissæ hospitalis S. Elis. in hac civitate, quo ei permittit executioni mandare Bullam Julii PP. II. per quam Pastoratum de Wustwesel unit & incorporat hospitali, relatam suprà *pag.* 254. & *seqq.* Diploma illud subjungo ex originali asservato inter foedas loci.

Approbatur à Principe. *KAERLE by der gratie Godts gecosen Roomsch KEYSER* ... *onsen lieven ende getrouwen* Can-

cel-

cellier *ende andere lieden van onsen* Rade van Brabant, *Drosset van Brabant, Meyere van Loven ende van Thienen, Amman van Brussel, Scoutheten van Antwerpen ende van den Bossche, ende voerts allen anderen onser ende der smalre Heeren officieren, rechteren ende dieneren, dien dat eenigsins aengaen sal mogen ende heure Stadthouderen saluyt.* Anno 1522.

Doen te wetene dat ter ootmoediger beden van der Priorissen *ende* Susteren *van den* Gast-huyse van sinte Lysbetten *in onser voors. Stadt van Antwerpen van der Ordre van S. Augustinus, Wy der selver Priorissen ende Susteren des voors. Gasthuys hebben gewillecoert, geaccordeert ende geconsenteert, willecoeren, accorderen ende consenteren hen, geven oerlof van... by desen onsen brieve, dat zy zekere Bullen appostoliq. by hen voortyden* (an. 1510.) *geworven by onsen heyligen Vader den Paus* (Julius II.) *aengaende der unien ende annexien van der* Kerken *van* Wustwezele *gelegen in den Bisdomme van Ludicke, totten voers. Gasthuse metten vruchten, baeten ende profiten daer toe behoerende, selen mogen stellen ofte doen stellen tot behoirlyker executien; ende dat zy ofte heuren procureurs ende facteurs selen mogen vervolgen heure actie ende recht hen gegeven by der voirs. Bullen, niet tegenstaende den ordinantien ofte verboden van onsen wegen gemaekt ofte gedaen ter contrarien.*

Behoudeleyk dat soo verre ter saken van der voors. Unien ende annexien der voors. kerken eenige questie reyst oft opstaei in materien Possessorie, t'vervolg daer af sal moeten gedaen worden voor Ons oft voor U onsen vors. Cancelier ende lieden van onsen voors. Rade, den welken die kennisse daer af toebehoort. Ende in materien Petitorie voor competente rechteren van desen onsen

Anno 1522. *onsen voors. lande van Brabant, dien dat behooren sal. Ende dat soe verre die materien daer af ten appellatien oft anderssins gedevolveert waren in den hove van Roomen ofte vore die Oversten van den vors. rechteren, dat in dien gevalle zy sullen gehouden sijn, die te doen delegeren ende committeren binnen selven onsen lande; dat oock niemant van onse vasallen oft andere leeke persoonen totter ghiften der voers. kerken van Woestwesele gericht en zy; d'welck achtervolgende ende nae uytwysen van den voirs. onsen ordinantien, daer op als vore van onsen wegen gemaeckt ende gedaen, publiceren.*

Ontbieden *U daeromme ende bevelen ende elken van U, soe hem toebehoort, dat ghy van deser onser gratien, orlove ende consente, der vors. Priorissen ende Susteren van S. Lysbetten doet ende laet peysseleyk ende vredelyk useren ende gebruyken, op die conditie en inder vuege ende manieren voors., sonder hen daer inne te doen ofte te laten geschien eenigen hinder, stoet ofte letsel ter contrarien: want Ons asoe gelieft.*

Gegeven in onser Stadt van Brussel twee dagen in Meye in't jaer ons Heeren duysent vyfhondert twee-en-twintich, ende van onser Rycken, te weten van den Roomschen is't derde ende van Spaengien is't sevenste.

Decanus Antv. obtinet privilegium percipiendi fructus in Absentia.

JACOBUS DE BANNISSIIS, ut suprà vidimus, per provisionem Romanam factus fuerat Decanus Capituli Antverpiensis. Statuta autem & consuetudines illius Ecclesiæ habebant, quod qui Decanatum obtineret, in ea personaliter residere & intrà annum deberet esse promotus ad Sacerdotium, aliasque fructus nullos perciperet.

JACOBUS

JACOBUS DE BANNISSIIS prædictus erat Præpositus Eccl. Collegiatæ S. Vincentii Sonesiensis in Hannonia, fuerat Secretarius MAXIMILIANI dum viveret Imperatoris; dein MARIÆ Austriacæ Gubernatricis Belgii; ejusque ablegatus ad plures Germaniæ Principes. Extant plures ejus *Epistolæ* ad hanc Ducissam Tom. IV. libri, cui titulus: *Lettres du Roy Louis XII.* Bruxellis editi anno 1712. Anno 1521. Jac. de Bannissiis.

Exhibuerat itaque hic Pontifici hanc consuetudinem, supplicans quatenùs eidem in suum favorem dignaretur derogare. LEO PP. X. non planè instructus de laudabili observantia Statutorum in hoc Capitulo, dederat Breve in favorem JACOBI, per quod ei concedebat, ut personaliter residere non teneretur, nec ad id à quoquam compelli posset, & nihilominùs posset percipere omnes fructus exceptis distributionibus quotidianis, acsi personaliter resideret & presbyteratûs ordine initiatus esset; utque uti & frui posset domo Decanali & beneficia in turno suo conferre; ac Capitulo mandabat sub pœna excommunicationis, suspensionis à Divinis, privationis canonicatuum & inhabilitatis ad eosdem, ut fructus prædictos ei integrè exhiberent, etiamsi primam residentiam non fecisset; & absque defalcatione anni seu annorum carentiæ &c.

Verùm deinceps eidem Pontifici expositum fuit ex parte CAPITULI & magistri WILLELMI DE ENCKENVOIRT Archidiaconi Campiniæ Leodiensis & Canonici Antverpiensis, quod Ecclesia Antverpiensis plurimum insignis & inter cæteras partium illarum Collegiatas ecclesias excellens & Sedi prædictæ immediatè subjecta extabat; quod olim, cum Præpositus, qui ratione Præpositura residens & sacerdos intrà annum esse debebat ratione curæ animarum Consuetudo Capituli exponitur Pontifici.

Anno 1522. ipsi imminentis, negligens esset, per Capitulum statutum esset, quod in locum Præpositi Decanus eligeretur, qui continuò residere & intrà annum sacerdotio initiari deberet sub pœna privationis omnium fructuum Decanatûs, qui ipso facto vacaret & alius eligeretur; quod statutum illud apostolicâ auctoritate firmatum fuisset, quodque Decanus curam animarum omnium subditorum ecclesiæ Antverpiensis gerere deberet non tantùm vi statutorum, sed etiam ex consuetudine immemoriali: quodque singulis solemnitatibus summam & alias missas celebrare, & ut caput Capituli singulis hebdomadis Capitulum celebrare, vota colligere & ex votis concludere, ac conclusiones executioni mandare teneretur.

Et jurisdictio ejus.

„Nec non cum præfatis Capitulo, qui & „Decanus ipse in Clerum seu personas eccle„siasticas dicti Opidi quodammodo jurisdictio„nem ordinariam ac visitationem & correctio„nem habere dinoscebantur, partibus querelan„tibus, sive lis inter illorum subditos, sive „laïcos & ipsos subditos, moveretur, justi„tiam ministrare ac decreta & conclusa in Ca„pitulo pronuntiare inter alia tenebatur; sicque „expediebat, ut Decanus ipse in Sacerdotio „constitutus, ac ydioma partium illarum, ut „laïcis querelantibus respondere, & decreta „Capituli in lingua vulgari proferre & expone„re posset, intelligere & loqui sciret." *Verba sunt Bullæ infrà citandæ.*

Consuetudo circà perceptionem fructuum.

Quod proventus mensæ Capitularis, ac ipsis relictorum seu aliàs per ipsos acquisitorum in communi existebant, & ex simili consuetudine decedente Decano vel aliquo Canonico, fructus anni, in quo decedebat, defuncto; alterius verò subsequentis seu secundi anni Capitulo præfato cedebant; ac etiam proventus, quo-

rum-

rumcumque beneficiorum ejusdem ecclesiæ, etiam Decanatûs, litigiosorum durante lite ad mensam Capitularem pertinebant. Et distributiones matutinales interessentibus & perseverantibus à principio usque ad finem dumtaxàt, ita ut etiam infirmis & absentibus in negotiis Capituli non darentur &c. Hæc & alia Capitulum exposuit Pontifici.

Anno 1522.

Quibus sic LEONI PP. expositis supplicàrunt *Capitulum* & dictus *Willelmus*; quatenùs sibi desuper providere dignaretur.

Pontifex statuit confirmare consuetudines Capituli.

Pontifex autem ex relatis clarè videns, Privilegia à *Jacobo de Bannissiis* obtenta impetrata fuisse sub & obreptitiè, statuerat omnes Litteras ei concessas revocare & annullare, Capitulum redintegrare adversus concordiam cùm eo initam, illudque in pristinum statum restituere; *Jacobum* ad omnia à Capitulò percepta restituenda obligare & cogi posse decernere; & prædicta Capituli Statuta & consuetudines approbare & confirmare ac observari debere mandare. Idque statuerat Pontifex rogatus etiam à CAROLO Hisp. Rege ac Rom. Imp. Et Bulla desuper jam parata erat, dum intercèdente LEONIS obitu perfici non potuit. Bulla ista informis asservatur in Archivis Capituli, eamque vidi.

Impeditur obitu intercedente.

Capitulum autem, cum res eò perducta fuisset, non cessavit eam eodem modo exhibere successori ejus ADRIANO PP. VI., qui optimè noverat institutiones & consuetudines Capituli; cum, dum esset Decanus Capituli Lovaniensis, in ea qualitate auctoritate apostolicâ fuisset privilegiorum Conservator Capituli Antverpiensis. Cumque ei exhibuisset, quæ Prædecessor statuerat decernere, decrevit Pontifex voluntatem ejus executioni mandare simul ac Romam venisset; jussitque desuper præparari Bullam, quam edidit posterâ die quàm

Adrianus VI. approbat statuta Capituli & annullat Privilegia Decani.

Anno 1522. Romam venisset, id est, ipso die coronationis suæ, scilicet ultimâ die augusti anni hujus 1522. In Bulla ista Pontifex omnia supra relata, quæ Prædecessor ejus decreverat, decernit, & privilegia ac consuetudines Capituli approbat & confirmat, & omnia suprà relata latiùs enarrat, prout videre est in ipsa originali Bulla, quam vidi & adservatur in Archivis Capituli.

Privilegium Capituli pro exactione Censuum.

Hoc anno ab Imperatore CAROLO obtinuit Capitulum Antverpiense cum universo Clero ab eo dependente, quod cum effectu possint exigere solutionem reddituum & censuum, quorum litteræ scabinales non inveniuntur aut non extant, modo probent possessionem solutionis per libros aut rotulas censuum seu per annuos computus. Obtinuit autem hoc privilegium per Diploma datum Antverpiæ 10. octobris anno 1522., quod refertur *Edict. Brab. Tom. I. Lib. I. tit. IV. cap.* 7.

Augustinianus prædicat in officina monetaria.

Interim Augustiniani nostri, postquam nuper revocatis erroribus fidem orthodoxam professi fuerant, relapsi erant, & dogmata Lutheri iterum incipiebant divulgare; & eo usque procedebat eorum audacia, ut jam non in locis sacris tantùm, sed & in prophanis populo prædicarent. Unus illorum in festo S. Michaëlis prædicare deprehensus est in officina monetaria, quæ parùm distabat ab eorum monasterio. Marckgravius autem superveniens eum apprehendit, captivumque duxit ad Abbatiam S. Michaëlis non longè inde distantem, & eum ibidem in loco clauso sequestravit. Inde tota Antverpia turbata fuit à mulierum improbarum plusquam trecentarum turba, quæ monachum illum Augustinianum vi inde abduxerunt & reduxerunt in suum monasterium, unde postridie confugit ad Lu-

Capitur.

Liberatur per tumultum mulierum.

thertum

therum. Papeb. *Annal. MSS. ex Caukerkio* & *Antwerpsch Cron. pag.* 20. Anno 1522.

De hoc Augustiniano Antverpiensi agit Seckendorf in *Comment. de Luther. Lib. I. pag.* 295. ibidemque nominatur *Henricus Zutphaniensis* seu *de Zutphania*, prout etiam eum nominat Auctor *Martyrologii heterodoxorum*: dicuntque eum dein prædicasse Bremæ non curantem mandata Episcopi aut Cæsaris, eumque anno 1524. vocatum in Meldorf & *Diethmaer*, in hoc loco à rusticis captum & cumbustum esse. Fugit & comburitur.

Lutherus in Epistola ad G. Spalatinum data die inventi Stephani an. 1523. insinuat, hunc *Henricum* per Bremenses à Belgis postulatum fuisse tamquam Cæsaris captivum: sed, inquit, *quid Bremenses facturi sint nondum scimus*. Epistola illa refertur in collectione Epistolarum ejus tom. II. edit. Eislebiensis an. 1565. fol. 152. Seckendorf *ibid. pag.* 268. hæc de eodem refert ex Kortholt. *Eodem isto anno* (Dietmarsi) *animosum illum sincerioris doctrinæ Professorem Henricum Mullerum* (*hoc enim ei cognomen fuisse à sympatriotis meis didici*) *Zutphaniensem, igni* tradiderunt. *Erat Henricus iste Magister Artium, Theologiæ Lic.* & *, antequam à Pontificiis dejiceretur. Prior Monasterii Augustiniani Antwerpiensis.* Si autem verum sit eum Antverpiæ Priorum fuisse, debet fuisse successor *Jacobi Præpositi*, & successorem habuisse *Lambertum Thoren*. Erat Prior monasterii Antverpiensis

Historia pseudomartyrii hujus *Henrici de Zutphania*, verosimiliter conscripta per Lutherum, refertur in *Farragine Epist. Lutheri* editâ Haganoæ anno 1525. *fol.* 43. *verso.* Hic Henricus Zutphaniensis in *Ind. Conc. Trid.* ponitur inter Auctores I. *clas.* Quid autem scripserit, me latet.

Anno 1522.

Cum autem Antverpia sic per seditiosas illas turbata esset, supervenit MARGARETA Belgii Gubernatrix justitiamqne exegit. Magistratus itaque in reos reasque inquisivit: unde multi coacti fuerunt sibi fugâ consulere, & mulieres aliquot apprehensæ sunt, quæ tamen citius quoque dimissæ sunt. Ita Papebrochius *Annal. MSS.*

Fit inquisitio in reos reasque.

Inter hâc occasione reos indubiè fuerunt Typographus & Sigillifex, de quibus Papeb. *Annal. MSS.* & *Antwerpsch Chron. pag.* 20. referunt, quod 11. octobris, quia sese Lutheranismo implicaverant, prostiterunt in foro deridendi cum cruce ad pectus dorsumque assutâ, quam deinceps totâ vitâ palam gestare ipsis indictum erat. Interim reducti ad carcerem haud diu post à captivitate liberati sunt, remissâ etiam obligatione præfatâ.

Duo puniuntur.

Interim nè populus ultrà seduceretur & nè similes tumultus deinceps excitarentur, publicatum est 4. octobris edictum, quo sub pœna capitis & bonorum prohibebantur quæcumque conciones extrà Parochiam. Edictum autem hoc citò violatum fuit ab ignotis & aliunde advectis cabalis, liberè declamantibus intrà extràque civitatem ad portam lutosam, ad Porticum *den Cruyphol*, in Campo S. Willibrordi & prope Begginagium, quod hactenùs erat in suburbio ad Portam ab ipsis dictam. Ita Papeb. *Annal. MSS.* Hoc edictum ob easdem rationes renovatum fuisse 29. julii anno 1525. indicat *Antwerpsch Chron. pag.* 24.

Sub pœna capitis prohibentur Conciones extra Parochiam.

Quis, qui hæc facta considerat, non judicabit Lutheranos nostros inter seditiosos reputandos fuisse, & vel eo solo titulo potuisse morte puniri?

Cum itaque nulla spes superesset reducendi relapsos nostros Augustinianos, & audacia eorum con-

Augustiniani nostri educuntur è suo monasterio.

contrà decreta Pontificis & edicta Principis in- Anno
dies cresceret; Senatus Antverpiensis supplicavit 1522.
MARGARETÆ Belgii Gubernatrici, quatenùs, captis monachis, monasterium destrueretur: ad quod ipsa Commissarios Antverpiam misit, qui cum Senatu petitum perficerent. Constat ex Litteris MARGARETÆ infrà referendis. Hinc omnes illius Conventûs Religiosi capti sunt & ex monasterio extracti 6. octobris, & partim ducti Vilvordiam, partim Hoogstratam, civium autem filii positi sunt apud Bogardos. Ita *Antwerpsch Chron. pag.* 20. Meerbeeck *Chronyk pag.* 57. dicit omnes urbe pulsos de mandato MARGARETÆ Belgii Gubernatricis. *Martyrologium heterodoxorum* monachos omnes è Monasterio fugisse asserit. Habeo *Chronicum MS.*, quod refert omnes Bruxellas abductos, ibidemque aliquos cumbustos & alios revocasse errores publicè in Oxali B. M. hujus Civitatis. Sed verosimiliter confudit hanc abductionem cum illa, quæ ante aliquot menses facta fuerat, de qua suprà actum est. Interim Seckendorf idem referens ad an. 1522. *Comment. Luth. Lib. I. pag.* 240. *n.* 2. rem adhuc magis exaggerat dicens: mense octobris destructum est totum Augustinianorum monasterium Antverpiense, monachique omnes vel extremo supplicio posteà affecti, vel, cum carceris tædio mortisque metu revocassent, aliis modis puniti sunt.

Interim verosimile est, ex hac secunda abductione detentum fuisse & carceri Bruxellis mancipatum *Lambertum Thoren*, qui in Prioratu Antverpiensi successerat *Henrico de Zutphania*; eumque ibidem examinatum fuisse cum *Joanne* & *Henrico*, qui ex prima abductione detenti fuerant. Prior ducitur Bruxellas.

Abducti sunt itaque & ultrà non redierunt, & sic desiit Antverpiense *Augustinianorum* mo-

Anno 1522.

nasterium, cum octo solùm annis stetisset, ab anno nempè 1514, quo per Capitulum & Senatum admissum fuit. Eo autem tempore quatuor habuit Priores.

Priores hujus monasterii.

Primus fuit *Joannes de Osbach* aliàs *Raten*, qui anteà Prior fuerat Euchusæ, de quo nihil sinistri habetur.

Secundus *Jacobus Præpositi*, qui hæresi infectus solemni factâ Bruxellis revocatione, relapsus & è carcere elapsus fugit ad Lutherum.

Tertius *Henricus Muller de Zutphania*, qui Antverpiæ captus & è custodia elapsus in Germania combustus fuit.

Quartus denique *Lambertus Thoren*, qui deis Bruxellis errores revocavit.

Cessant Augustiniani de Observantia.

Sic, inquam, desiit monasterium hoc, cujus etiam ædificia sic dein destructa sunt, ut nè vestigium illius hodie superfit. An autem alia in Belgio nostro istius instituti monasteria similiter destructa sint, non liquet. Verosimilè est, pleraque pulsis monachis infectis tradita fuisse & incorporata Provinciæ Belgicæ primævi Augustinianorum Ordinis, prout ei anno 1533. incorporatum fuit monasterium de Enchuysen, ex quo Antverpiense derivatum fuerat, ut refert Tombeur in descriptione illius Provinciæ *pag.* 210. Interim non nisi initio seculi subsequentis Antverpiæ admissi sunt primævi illius Ordinis Augustiniani, qui ibidem hodieque perseverant in regulari observantia, ut infrà dicetur.

Primævi Ordinis Religiosi succedunt post seculum.

Ven. Sacramentum reducitur ad Eccl. matricem.

Posterâ die 7. octobris Venerabile Sacramentum ex dicto monasterio de mandato Canonicorum comittantibus Commissariis & Magistratu solemniter delatum est ad Basilicam B. Mariæ, altaria quoque omnia solo æquata sunt.

Eodem

Eodem die coram eisdem Commissariis factum est inventarium omnium mobilium ad Augustinianos pertinentium. Sex campanæ ablatæ sunt, murus circum Ecclesiam ductus, fenestræ & ostia lateribus atque calce obturata. Suppellex omnis dein publicâ auctione in eo, qui Quercetum (*den Eechof*) dicitur, loco vendita. Ita Papeb. *Annal. MSS.* Anno 1522. Factum Inventarium mobilium.

Ejusdem mensis die 13. publicabatur edictum Cæsaris, quo prohibetur, nè quis accederet in locum, quem Augustiniani inhabitaverant. Ita *notitia ex archivis Parochiæ S. Andreæ.* Idque indubiè, nè plebei ædificiis nocumenta intulissent. Prohibetur nè quis accedat ad locum.

Vix autem monasterium evacuatum erat, & monasterium ipsum ac mobilia ejus in tuto posita, quin cœptum sit deliberari, quid de illis agendum foret & cui applicanda. Expetebat populus, ut inde erigeretur nova Parochialis Ecclesia, ad quam ampla satis & sufficiens judicabatur inchoata nova illius monasterii Ecclesia: sed quominùs hoc citò ad effectum duceretur, obfuit quod monasterium & fundi ad illud spectantes gravati essent redditibus hæreditariis & vitalitiis, & quod inter creditores desuper dein subortæ sint lites, ut infrà dicetur. Cives petunt ut erigatur nova Parochia.

FINIS Tomi III.




MUTANDA.

Pag. 103. *lin.* 22.-donec tandem officium illud initio seculi XVIII.-*dele* & *lege* -usque ad annum 1721., quo de mandato Innocentii PP. XIII. 20. decembris illud-

Pag. 213. *lin.* 4. & 14.-milites-*lege*-equites.

INDEX.



INDEX.

A

B

D

E

F

G

L

